Annus 1722.

December
Anni 1721

18. Decemb. Tyrocinium.

21. Decemb.
Dom. 4. Adv. Conventus ordin. Exhortatio. indicta Confessio pro Nativitate Domini.

28. Decemb Dominica et Festum SS. Innocentum Mart. Conventus ord. ned. 1.a distributi SS. Patroni Menstrui; et data bona opera. cantatae Lytaniae. indicta confessio pro Festo Circumcisionis.

31. Decem Hodie Praeses à R. P. Bernardo Jost Provinciali praesente petiit licentiam legendi in Oratorio Congregationis Sacrum super altare portatile, qui etiam benignè annuit. quod bene notandum pro futuris temporibus.

NB.

Annus 1722.

Januarius.

Nulla hoc anno ex Congregatione nostra missa sunt ad alias Confoederatas Suffragia. bene tamen epistola nomine totius Congregationis ad Herbipolensem Academicam Maiorem, ad Bambergensem Maiorem, et ad Constantiensem Latinam, quae omnes nobis sunt foedere iunctae, ut videre est ex ipsarum litteris in Archivio nostrae Congregationis asservatis; in hac epistola amicè sumus conquesti, quod iam à pluribus annis nulla ad nos Suffragia miserint.

1. Januar Dominica et octava SS. Innocentum. Conventus ordin. lecta aliqua Suffragia. Exhortatio. invitati Sodales ad proxima Promulgatione Annuntiatae. moniti ut dum intrant Oratorium, priusquam Locum suum accedant, flectant in medio, et dicto Ave Maria B.mae V.gini salutent. Sub finem dictae Lyt. Laur. pro R. P. Provinciali flexis tamen nomine Sodalis dona aliqua Argentea, quae Congregationi nostrae dedit, et ipsius Beneficium, de quo supra facta mentio est. insuper nostro et de profundis pro Defunctis ex Congregationibus Confoederatis.

nuarius 1722.	
6. Jan.	Festo SS. trium Regum Tyrocinium.
8. Jan.	Tyrocinium.
11. Jan. Dom. 1.a post Epiphan.	Nullus conventus ob Promulgaõe Congraõis annuntiatã
15. Jan.	Tyrocinium.
18. Jan. Dom. 2.a Epiph.	Conventus ordinarius, in quo lecta aliqua Suffragia, tum Exhortatio.
20. Jan.	Festô S. Sebastiani horâ 2.a Gymnasium supplex descendit ad templũ Parochiale, ubi in Divi honorem cantantæ Lytaniæ. Congregaõ ad hanc Supplicaõe ad preces P. Præfecti cõmodavit Crucifixum suum cum velo, sine Baculis et velis pro Ductoribus, eò quòd P. Præfectus hos valde importunè, et q̃i pro iure expetierit, cum tñ Congregaõ ad neutrũ teneatr.
22. Jan.	Hodiè Gymnasium supplex agmen duxit ad Sacellum S. Sebastiani extra muros, ibiq; decantavit solenne officium, ad quam supplicaõe rogatus à P. Præfecto Præses iterum cõmodavit Crucifixũ cum velo, quia tempestas favebat: aliàs velum non datur.
25. Jan. Dom. 3. Epiph.	Conventus ordinarius med. 1.a quia data Bona opera et distributi SS. Menstrui, cantatæ Lytan. indictum primum Sacrum in oratorio Mariano proximo Festo Purificaõis legendum. Dictæ sub finem Lytan. Laur. pro gratiosis Domicellis de Meüllern insignibus nrã Congregaõis Benefactricibq; quæ nuperrimè per Nepotem suum Nob. Joa. Bapt. Berger Congregaõis Secretarium obtulerant 4 elegantissimos florum fasces, à rerum intelligentibus ad 15. fl. æstimatos. Lecta etiam sunt Suffragia Congregaõnũ confœderatarũ. Finito Conventu præsentibq; aliqt officialibus renovavit Formulam Prænob. Andr. Georg. Schell Synt. Maior, qui nupero Festo Titul. non dũ aderat, morbo detentus.
27. Jan.	Tyrocinium.
9. Jan.	Tyrocinium, in quo aliquibus ex Tyronibus indicta confessio Generalis.

Februarius 1722

Februarius

1. Febr. Dom. Septuag. Non fuit Conventus, ſed dilatus in craſtinum Feſtum.

2. Febr. Feſtum Purificaōis B.mae V.is Mediâ 7.ma prima vice in Oratorio noſtro Mariano Sacrum legit Praeſes iuxta licentiam, de qua ſuperius 30. Decemb. Sub Sacro, quia primum fuit, Muſica. Sodales et Tyrones omnes ordine acceſſerunt ad S. Comunionem durante Miſſa, ſc. poſt Sumptionem. Paramenta et alia neceſſaria cum ſcitu R. P. Rectoris ſubminiſtravit Templum, donec ipſi nobis proſpiciamus. Adfuerunt Dni. Hoſpites alij. Med. 1.a Conventus ordinarius, in quo poſt lecta Suffragia et habita ab Oratore oratiunculâ ſuſcepti ſunt ex Tyronibus 2. Synt. Maiores, et 27. Minores. cantatus Hymnus Ambros. Seminariſtis et Sacriſtanis datus hauſtus.

8. Februarij. Dom. Sexages. Conventus ordinarius. lecta Suffragia, Exhortaō. promulgata in diem Lunae poſt Dom. Quinq. hora Comprecaōis à 2.a ad 3.am noie Congregaōis nrae inſtituenda pro more iam recepto. Moniti Sodales ne hoc tpre comittant aliqd, quod per leges Marianas prohibitu ē. Puniti 4. Poëtae ob turpiloquia.

15. Febr. Dom. Quinquag. Non fuit Conventus pro more propter Comprecationem 40. horarum in templo noſtro.

16. Febr. Die Lunae in Quinquagesima Congregaō nra ab hora 2.a ad 3.am in templo noſtro adoravit Deum Eucharisticum. Ex Gymnasio ordine proceſſimus prolato Crucifixo, et comitantibus 2. Cantoribus ac Ceroferarijs. Genium domu iterum miſſimus ꝑpter pluvias. compulſatum ē in templo. Sodales moniti per affixam ſchedam, ut ſcamna in choro occuparent. NB. NB/ Veſperae hoc anno non ſunt habitae, cauſa latet.

22. Febr. Dom. 1. Quadr. Conventus ordinarius Med. 1.a quia data Bona opera et diſtributi Ss. Menſtrui. Exhortatio. Lytaniae etiā ꝑ more cantatae. Promulgatus ē Nob. Christophorus Portbach, qui Bambergâ ad nos venit Rhetor.

bruarius 1772.

Martius.

24. Febr. Festum S. Mathiæ Apostoli. Tyrocinium.

25.º Febr. Hodie duæ fenestræ versus meridiem in oratorio Congregaõis, hactenus clausæ, cum facultate R. P. Provincialis apertæ sunt, quæ plurimam immittunt lucem. hæc videntur obstare raões in contrarium obiectæ, quarum 1.ª est, quod ex proximis civitatis mœnibus pateat prospectus in oratorium. quæ obiectio quàm falsa sit, quilibet ad oculum videt, quicunquè oratorium intrat. nisi forte ex tecto prospectum patere in oratorium dicatur, quod verum esse fatemur. 2.ª obiectio fuit, quod pueri et puellæ ex vicinis illis mœnibus lapides projicere possent in fenestras, easque frangere. cui simulo malo diximus mederi aut prospici posse, si valvæ obducantur extra Conventûs tpus. deinde nimia et hæc sollicitudo, cùm utique idem fieri posset alijs fenestris in Gymnasio. cùm itaque maius commodum sit ex apertis hisce fenestris, quàm frivolæ illæ obiectiones pondus habeant, æqui bonique consulat P. P. Successor hoc factum, præcipuè cùm acta sint omnia cum exiguis Congregaõis expensis.

Martius

1. Martij. Dom. 2. Quadr. Conventus ordinarius. Exhortaõ. Lecta pœnitentia unius Poëtarum, quod tpre Bachanaliorum non ita se gesserit, prout Sodalem decebat. iussus ~~[illegible]~~ flectere in medio per totum Conventum. Item alteri Poëtæ, qui eod. tpre noctu per plateas vagatus est, et in aliena domo pernoctavit, missus est ad Tyrocinium. Item duobus Synt. Maioribus, qui in nupera Congregaõis horâ garriverunt cum aliorum scandaloque. iussi recitare 3. Pater et Ave.

5.º Mart. Tyrocinium.

8. Martij. Dom. 3. Quadr. Conventus ordinarius. Exhortaõ, et post hanc Instructio de proximè instituenda Sacra animi Recollectione. Sub finem conventûs dictæ Lytaniæ Laur. pro uno Rhetore, qui omnes orbes vitreos pro novis fenestris Congregaõi dono dedit, item pro Poëtis, qui ~~pra~~ ad reliqua necria pro ijsdem fenestris 4. f. obtulerunt.

Martius 1772.

His Diebus incepimus parare Oratorium Marianum pro futura Recollectione animj triduana, eo modo, quo ante annum cōmodavit sua liberaliter Præses Annuntiatæ.

15. Mart. Dom. Lætare 4.a Quadrag.

Nullus Conventus propter cras instituendam Recollectionem. Sodales tamen hodie omnes sub Sacro Præsidis horâ 9.nâ ad Aram S. Ignatij accesserunt ad S. Comunionem, ut dignius inchoarent S. Exercitia.

16.a Martij.

Hodie initium fuit datum S. Recollectionj triduanæ, ad quam admissj sunt Rhetores, Poëtæ, Syntaxistæ maiores, et paucj aliquj ex minore Syntaxj maturiores. Peracta sunt omnia eo prorsus modô et ordine, quo anno superiore, his solum, quæ sequunt, exceptis.

Sacrum semper fuit dictum in Oratorio nostro, iuxta licentiam, quam à R. P. Provincialj obtinuimus.

19. Mart.

Festô Sanctissimj Joseph Hora 7.a adhuc est instituta meditatio pro confirmandis bonis propositis, et digna præparatione ad S. Comunionem. Dnus Præses legit Sacrum, sub quo Sodales refectj S. Synaxj. finitis omnibus Ciborium per aulam et Collegium deportatum fuit in templum. præcesserunt Sodales omnes cum cereis. post Præsidem Consilium Marianum cum ardentibus cereis. in templo data Benedictio, et sic finita devotio. Summopere laudatj Sodales ob fervorem et devotionem, silentium et attentionem etc. Aderant multj ex nostris et externis his diebus.

22. Mart. Domin. Passion.

Conventus ordinarius Med. 1.a Exhortatio. data Bona opera, et distributj SS. menstruj, non tamen sunt cantatæ Lytaniæ, ne molestj essemus Sodalibus Congregationis Annunt. quj hodie initium quoque S. Recollectionj fecerunt, sed recitavimus sub finem Conventûs Lytanias. ut vices redderemus Præsidj Annunt. nos quoque tapetes, sellas, candelabra etc. eidem cōmodavimus. Indicta Confessio ad Festum Annuntiationis B. V.is Invitatj etiam Sodales ad Festum Titulare Congregationis Annuntiatæ, in quo ad Sodales huius Congregationis dixit Præses Studiosorum.

25. Mart.

Festum Annuntiationis B.mæ V.is Hora 7.a Sacrum in Oratorio nostro lectum, sub quo Sodales omnes cum Tyronibus S. Comunione refectj sunt. Hodie prima vice usj sumus novis paramentis, scilicet: novô antipendiô, casula, velo pro calice, bursa Corporalj etc. quorum expensæ viderj possunt in rationibus. post Sacrum recitatum fuit Rosarium cum Lytanijs B. V.is pro duabus Benefactricibus Gratiosis Domicellis de Müllern, quæ præter plurima iam in Congregationem Beneficia, paramenta ista cum omnibus requisitis, exceptâ sola Damascena et panno serico, prorsus gratis suis manibus confecerunt, dono insuper

Martius 1722. elegantem palam, Corporale, purificatorium, et ſtrophiolū cum Humerali dederant, et plura adhuc Congregõe ſperare iubent.

27. Mart. Feſto Matris Doloroſæ Horâ 7.ª Sacrum in Oratorio nr̃o legit P. Concionator, à Præſide invitatus. ſub Sacro Muſica; interfuerunt Profeſſores nr̃i ōes cum Sodalibus

29. Mart. Dom. Palmar. Conventus quidem pro more nullus, ſed tamen Horâ 1.ª in Oratorio obſcurato decantatus Planctus B. V.is Stabat Mater etc. arte et poſt dictæ preces conſuetæ à Præfecto. Interfuit P. P. Vice-Rector, P. Spirit.lis, et plurimi alij ex noſtris, cū Externi Domini. datus Seminariſtis hauſtus.

30. Mart. Incipimus parare fercula pro Supplicãe in Die Paraſceves inſtituenda. Præſes Annuntiatæ pro more ſolvit expenſas: nos laborem ſuſcipimus. operam tm̃ iungere tenentur cū ipſius Sacriſtani.

NB. NB: monendi maturè ſunt Sodales et reliqui Studioſi, ne perſonas ſuſtinendas accipiant in Congregõe Doloroſa (utpote, quæ ferè ñ aliud quã fœminas numerat) donec ſint conſtituti illi, quibus opus habet Præſes Congreg. Stud. Item, Præſes Doloroſæ uti poterit puerulis illarum fœminarum filiolis, quæ in ipſius Congregõe ſunt, quid ad ipſum Studioſi? Inſuper iuxta Diarium P. Præſidis Annuntiatæ ad an̄um 1706. non licet Præſidi Doloroſæ ullum adhibere Studioſum qui perſonam in eius Supplicãe ſuſtineat, etſi à noſtris Congregãibus iam fuiſſet factus ſelectus inter Diſcipulos Gymnaſij: habet ille ſcholas Germanicas etc. videri poteſt citatum Præſidis An̄untæ Diarium, ubi fusè inſcriptum eſt. Hoc annô noluimus tricas facere, ſed diſſimulavimus propter rationem unam aliquam ñ levem. ~~[illegible]~~

Aprilis

3. Aprilis Paraſceves. Non obſtante magno frigore educta Supplicão fuit circa horam 3.am fueruntque plurimi Pœnitentes. pro more proceſſit Congregão Doloroſa. nos poſt aliquod intervallum ſecuti ſumus. mihi cõmiſſus ordo, ne turbaretur, aut ne hiatus eẽnt. Licet proſpectum hoc anno fuiſſet, ne, ut præterito anno, milites nobis eẽnt moleſti; impeditum id tm̃ ñ fuit, quia Præſes An̄untæ nimium bonus fuit. aliter factum Sabbatho S. circa 7.ª clauſum fuit Gymnaſium,

Aprilis 1772

et visitavit dein utrasque Praeses, ne periculum ex igne esset. nos commodavimus ea Praesidi Annuntiatae, quibus indigebat, cras vices nobis redditurus.

NB. Q. P. Successor notet, ne currum pro ferculo adhibeat, uti nos hoc anno voluimus, nisi maturè prospectum sit de equis; si enim expectetur, nulli poterunt haberi, quod et nobis factum. quare in hac necessitate Praeses Annuntiatae rogavit, ut Collegium suos commodare velit equos: responsum ipsi fuit, si velit pro uno equo 1. fl. Collegio solvere, tunc enim verò id fieri posse, Senior n. maluimus ex curru ferculum facere, quam quod Collegium petiit pretium dare pro una hora cum dimidia.

Mirabiles emunctores videntur in hoc Collegio fuisse.

4. Aprilis Sabb. Sanctum

Togas albas mutuas nobis dedit Congregatio Annuntiatae 14. quae videbantur sufficere unà cum nostris quas habemus 20. item praeter 20. nostras coeruleas illa dedit 24. et 9. vestes ciliciinas. Scholae cum Congregatione nostra paratae ut anno praeterito. Item à Gratios. D. Colonello petiti tres Decuriones, qui ad utrasque Gymnasij januas excubârunt, ne intrarent milites, et nostros poenitentes ipsi impedirent, quod praestitum, quibus dein datae tres mensurae Cerevisiae.

Supplicatio educta fuit circa horam 2.am quam Praeses unà cum Magistro Poëta comitatus est. Ferculum unum additum et tria labara. Consilium instructum Scipionibus. Christianus inter 4. Judaeos. ad praeferendam crucem unus ex Gratios. DD. Consiliarijs Regiminis se Praesidi obtulit, cuius pietati id concessit Praeses. alij ex grd. PP. duo à Praeside ad togas flagellantium petierunt, cum heri inter opifices et milites poenitentiae opera obire noluerint, quibus negari non potuit, qui dein omnes comitati sunt Supplicationem nostram. Altera Supplicatio educta fuit horâ 4.a cum copiosis item Poenitentibus, quam hic Praeses non comitatus. Tertia, quia hodie tempestas plurimum favit, paulo post 5.am cum solis Ciliciinis. post 7.am clausum Gymnasium, et dein visitatum ut heri. Sacristanis et Seminaristis datus haustus. Tubicinibus duobus cum tubis ductilibus 30. X. baiulis labarorum 12. X. Constituti 10. Sodales, qui in morem Clericorum vestiti humeris gestârunt Ferculum. Item Tyrones 4. ad portanda fulcra, alij duo ad afferendam aquam et calefaciendam. Sacristano Civico pro lavandis albis togis, quas illi ex sua Congregatione nobis dedere mutuas, et item pro nostris, datus 1. fl. 9. X.

Aprilis
1772.

5c. Aprilis
Dom. Resurrect.

Nullus conventus pro more ~~[illegible]~~ Fer. Declamaõis Rhetorum, quæ hîc loci hoc die habetur cum magna Præsidis molestia, utpote per totam ferè hebdomadam præcedentem aliàs satis occupati.

9. Aprilis.

Tyrocinium.

12. Aprilis.
Dom. in Albis.

Conventus ordinarius. Exhortatio. Lecta pœnitentia tribus Syntaxistis minoribus Tyronibus, quòd Sabbatho Sancto munus sibi iniunctum non obierint, pro pœnitẽa iussi sunt, quando proximè cæteri Tyrones suscipientur in Sodales, exspectare, donec Consilio Mariano visum fuerit illos graâ susceptõis se fecisse dignos. Sub finem Conventûs dictæ Lytan. Lauretanæ pro Præfecto nõro Congregaõis; qui à longo tempore æger detinetur. Indicta Electio novi Magistratûs.

16. Aprilis.

Tyrocinium, in quo indicta Tyronibus Confessio Generalis.

19. Aprilis.
Dom. 2. post Pascha.

Conventus ordinarius mod. 1.a quia data sunt Bona opera, et distributi SS. Menstrui. Suscepti item à 1.o Assistente supplente vices Præfecti ægroti residui 14. Tyrones. cantatum inter tubas Te Deum, et subiuncta à Vice-Præfecto oraõ consueta. Tum instituta Electio novi Præfecti Mariani, et dum darentur calculi, distributi cum SS. Menstrui, et cantatæ pro more Lytaniæ. Propositi autem sunt, in medio Nobilis Aloysius Joannes Berger, qui tulit ultra 80. suffragia, à dextris Joannes Josephus Deneth, qui tulit 20. à sinistris Nobilis Joannes Baptista Gasparus Berger, qui tulit 15c. Ex Formulis et cera vendita collecti 5c. f. 30. X. Tubicinibus pecuniarum locò datæ 3. mensuræ cerevisiæ. Datus est item haustus Sacristanis.

25c. Aprilis

Festô S. Marci circa horam 4.am vespert. Gymnasium comitatum fuit Supplicaõem, quæ instituebatur à Civitate ad excipiendos PP. Missionarios Apostolicos P.em Herdegen, P. Trössl, et P. Ernst, qui Missõem Apostolicam hîc loci in foro publico instituerunt. Ad hanc Supplicaõem nostra Congregaõ subministravit Crucifixum cum 2. Scipionibus pro Ductoribus, uti et ad reliquas, quæ intra octiduum istud sunt institutæ.

26. Aprilis
Dom. 3. post Pascha.

Conventus nullus propter Missõem Apostolicam. vacârunt etiam totô octiduô Scholæ omnes, ut Discipuli interesse possent Functionibus Sacræ Missionis.

Majus
1777.

Majus.

3. Maij
Dom. 4.ta post Pascha

Iterum nullus conventus propter Missionem Sacram et Communionem Generalem, quae maximo populi affluxu et pulcherrimo ordine primò à Viris, tum verò à foeminis instituta fuit in templo nro, uno semper ex PP. Missionarijs ordinem dirigente, et tam praeparatiõe quam grãrum actiõem alta voce praeeunte. Fructus S.tus huius Apostolicae Missiõis fuit incredibilis. post prandium datâ à P. Missionario Benedictiõe Apostolica ter explosa tormenta, et à militibus sclopi.

10. Maij
Dom. 5.a post Pascha

Promulgatio novi Magistratûs Mariani, cui Horâ 1.a praemissum est primum Drama. Interfuit cum clericis PP.um S.J. P. Vice-Rector. Consiliarij Excels. Regim. Regij, aliique complures Hospites. Invitati erant cum suo P. Praeside Sodales Congregaõis Annuntiatae, qui propterea nullum habuerunt Conventum. Datus Musicis et Sacristanis haustus. Indicta Confessio pro Festo Ascensionis Dni.

11. Maij.

A Meridie finitis Scholis, et Discipulis inferiorum Scholarum, Kriegsherj impeditis, ac alijs Hospitibus repetitum Dramation. Ante prandium Gymnasium comitatum est supplicatiõe pro more ex Parochia ad Templum nrum deductam propter dies Rogationum, ad quam rogatus P. Praeses à P. Praefecto Gymnasij dedit Crucifixum cum velo et 2. Scipiones, i Auctoribus.

17. Maij.
Dom. 6.a post Pascha.

Conventus ordinarius. Exhortatio, et lectio pro more aliquot Legum. Indicta Confessio ad Festum Pentecostes. Moniti Sodales, ne hic Nundinarum in foro ludant, vel Pharmacopolo Circumforaneo, si qui advenerint, aures praebeant. Recitatum Off. B.V. pro Perill. Dño L. B. de Schönstett, qui elegantem Albam Sacerdotalem Congregaõi donavit. Lecta poenitentia unius Rhetoris, et 2. Poëtis propter frequentatas domus suspectas, et hospitia, propter nocturnas propotationes, crapulas, aliasque petulantias, et propter iniuriâ affectum unum Officialem Marianum Cleri; iussi sunt omnes tres se flagellare post Conventum praesente Mariano Consilio, eo quod moniti prius à P. Praeside, et tamen usque iam puniti, non resipuerint.

24. Maij
Festo Pentecostes

Nullus pro more Conventus.

31. Maij.
Festo S.S. Trinitatis

Conventus media 1.a quia data Bona opera et distributi SS. Menstrui. indicta Confessio pro Festo Theophoriae.

Junius
1772.

Junius

4. Junij. Festum Ss. Corporis Christi. Supplicaō ad Congregaōē nrā nihil omnino attinet. Crucifixũ ltũ pro more à Praefecto Gym. rogatus cōmodavit Praeses cum velo et 2. scipionibus dextrum. Videantur, quae año elapso circa hoc Festum notata sunt.

7. Junij. Dom. 2. Pente. Conventus. Exhortaō. Lecta poenitentia 2. Poëtis, 2. ct. Syntaxistis, et uni n. Syntaxistae, quod contra factam prohibitioē aures dederint Pharmacopolae Circumforaneo. iussi per totum Conventũ in medio flectere. Item alteri Syntaxistae ct. qui in verbis fuit nimis molestus. iussus bis pariter in hoc et proximo conventu flectere in medio, et praeterea per tres dies horâ 5.ta audire in templo nrō Sacrum.

11. Jun. Cum facultate R. P. Vice-Rectoris finito in templo Discipulorum Sacro, in Oratorio nostro cantatum fuit à Praeside Solenne Officium, et hoc finito lectum Sacrum à P. Kurz Religō Studioso pro Nobilibus Germanis Fratribus Aloysio Joanne Berger Congregaōis nrae Praefecto, et Joann. Bapt. Caspare Berger secundo Assistente, qui ex suo peculio castrensi Congregaōi nostrae his diebus obtulerant 30. fl. Interfuerant praeter Sodales nri quoque Novellos omnes. illis insuper indictum, ut pro memoratis duobus tam insignibus Benefactoribus sub officio quisque privatim Rosarium recitet. Musicis datus haustus.

14. Junij. Dom. 3. Pentec. Conventus ordinarius ned. 1.a ut possent Musici Sodales opportuno tpre venire ad Litanias in templum, quae habentur propter Indulgentias Catecheticas. Exhortatio. Ad hanc supplicaōem rogatus à P. Catechista nri templi Praeses commodavit Crucifixum cum velo, et vexillum sericum, pro Senio. quod omnis nostra Congregaō patienter ferre debet, donec aliquando fortassis Superior inhibeat, nam in visitaōe ad R. P. Provinciale detulimus, et conquesti sumus, quod minimum 4. aut 5. vicibus Crucifixum nrum cum velo per annum commodare debeamus [illegible], cum nos ipsi tamen semel aut bis tantum in anno illo utamur. Sed hac via effecimus nihil.

Junius et Julius 1772.

21. Junij. Dom. 4. Pent. — Festum Beati et Angelici Juvenis Aloysii. Conventus ordinarius. Exhortatio: indicta Confessio pro Festo S. Joa. Bapt. hodie plerique Sodales confessi sunt.

28. Junij Dom. 5. Pent. — Conventus ordinarius, hab. 1.ma quia dicta Bona opera, et distributi SS. Patroni menstrui. moniti Sodales de Sacro Festo Visitationis in oratorio nostro legendo, ut illi intersint, et Sacra Communione accedant. Lecta poenitentia Sodali uni, quod ex improviso Conventu absens se non excusaverit. mutato pro anno sub distributione SS. Menstruorum [illegible] 2. [illegible]

Julius.

2. Julij. — Festum Visitationis B.mae MARIAE Virginis. Hora 7.ma Lectum à Praeside in Oratorio nostro Sacrum, sub quo Communio Sodalium.

5. Julij. Dom. 6. Pent. — Conventus ordinarius. Exhortatio, indicta Supplicatio in Montem Marianum in proximam Fer. 5.tam moniti Sodales ut silentium accuratius servent ad Album, dum nomina sua signari [illegible]. Absoluta recitata sunt B. V. pro quondam Benefactoribus Congregationis. Lecta poenitentia tacito nomine duobus, quod 13.am Regulam violaverint, ipsis recitare Rosarium in Monte Mariano. Item tribus Rhetoribus, quod Consultores vocaverint Delatores Congregationis. ipsis hac vice, per [illegible] [illegible], et [illegible] intentata ipsis exclusio, eoque unus et alter eorum in aliis observationibus non deliquerit, et [illegible] semel flagris se caedere debeant. Item lecta poenitentia 2. Rhetoribus, quod salutaverint eum praefectis, ~~[illegible]~~ tergo publice, praeterea sub poena bis [illegible] flagris se caedere debuit, postquam prius à P. Praefecto [illegible] receptus sit. alter vero homo, eoque hac ipsa de causa iam semel se flagris caedere debuerat, et alias saepius à Praeside monitus fuit, nec emendatus, tanquam incorrigibilis, ex decreto A. R. P. V. Rectoris ex Congregatione ad tempus exclusus est. et ipsi [illegible] catechesi adesse in nostro templo, donec videatur secutura emendatio.

9. Julij. .13. — Feria 5.ta debuisset Congregatio nostra pro veteri more ire supplicatum in Montem Marianum, ut videre est ex annalibus [illegible]. verum ipso anno nostro ex voluntate A. R. P. V. Rectoris mutatus est. Id tantum pro hoc anno, sine ~~[illegible]~~ praeiudicio. Ratio autem mutationis haec fuit: Fuerant

Julius
1744.

qui hoc eodem die in dicto Monte Mariano officium solenne decantari curarunt eadem horâ 7.a qua aliàs nra Congregatio suum officium habet. Hac de re monitus ab amico quodam Praeses misit Sacristanum Congregationis ad J. B. [illegible] Cooperatorem, rogavitque per eum, ut, si fieri adhuc posset, alterum illud officium paulò maturius, vel paulò serius haberetur, quam horâ 7.a ut nos consueto tempore et hora [illegible] Divinum in Monte instituere possemus. Ille verò valde incivilitèr respondit, quo responso offensus merito Praeses, etiam ex aliorum PP. sententia adiit P. P. Rectorem, qui re intellecta Praesidi reliquit liberum, ut vel ascendat montem, vel ad aliud in urbe templum supplicandum instituat. Quare non statutum hoc anno est ascendere, sed supplices agere ad templum Matris Dolorosae, quod vocant Italicum, in urbe situm, decrevit.

~~[illegible]~~ 3o quadr. ad 7.am datum est ex turri nra signum Campanâ maximâ, quo convocati sunt Sodales ad Gymnasium et suas quilibet scholas. Post 7.am ascendimus ordine in templum nrum, ubi cum Sa S. Benedictione processionaliter eo modo et ordine, quo ante annum in Montem B. V. ad praedictum templum, congregati in nro Gymn., et B. V.nis templo. In via tum [illegible] hoc anno cantatae sunt Litaniae [illegible] in descensu et ascensu alta voce, et erectis manibus ab omnibus per plateas recitatae. In templo B. V.nis solenne officium inter tubas et tympana cantavit coram exposito SS.mo Praeses Congregationis civicae, ad id à Studiosorum Praeside invitatus. Ad Altare facta sunt 4 Sacra, et horum aliqua Sodalium quorundam liberalitate legi sunt curata. Demum ubi reversi cantato in templo nro Salutari, Sodales dimissi. Actae gratiae R. D. Dunkler Directori Civium, et huic templi Sacellano, item P. Ministro Congregationis Dolorosae Praesidi, qui summo honori duxerunt, quod ad templum hoc supplicatum venimus, et qui nobis [illegible] [illegible] praebuerunt. Aedituo dati 20 X. Musicis Seminarii et Sacristanis [illegible].

Cooperator verò illo die praecedente convenit Praesidem in Collegio, et excusationem pro excusatione attulit, rogavitque ut, Congregatio nostra [illegible] iret in Montem, et vel horâ 6.a vel 8.a ibidem suam teneret devotionem, eò quod Sodales, nec Patres, [illegible] fecisset aut valde mane exire, aut serò valde, atque in maximis caloribus redire domum.

Julius 1722.

12. July. Dom. 7. Pent. Conventus ordinarius. Exhortaō.

19. July. Dom. 8. Pent. Conventus ordinarius. Exhortatio.

26. July. Dom. 9. Pent. Conventus ordinarius hor. 1.ª data Bona opera, et distributi SS. Menstrui. cantatae pro more Lytaniae.

Augustus.

2. Augusti. Dom. 10. Pent. Conventus ordinarius, non obstante supplicaōe Catechetica, sed tn̄ hora 1.ª habitus, ut multi Sodales possent frequentare Chorum ad cantandas Lytanias, qdo Supplicaō templum ingredit. Exhortaō. Promulgatur Fr. Xav. Sebast. Ant. Neuhierer Rhetor, qui Burghusio ad nos venit. Data poenitentia Georgio Ignatio Meindl Poëtae, quod saltaverit, iussus publicè se flagris excipere. Item alteri Synt. Maiori, quod aliquoties à Conventibus abfuerit, nec se excusaverit, iussus recitare 5. Pater et Ave pro defunctis Sodalib.
Rogati commodavimus item Crucifixum cum aliis pro Supplicaōe Catechetica.

9. Aug. Dom. 11. Pent. Conventus ordinarius. Exhortaō. Indicta Confessio pro Festo Assumptionis B.V. Item Sacrum horâ 7.ª eodem Festo in oratorio Mariano legendum.

15. Aug. Festum Assumptionis B.mae V.gis Horâ 7.ª Sacrum in Oratorio Mariano pro more lectum, cui Sodales omnes interesse debebant. Non tn̄ fuit Comunio, quia in Gymnasio praescripta Comunio in ordine erat in templo. Exposuimus hodie 1.a vice novos flores fasces Congregaōi hoc āno donatos à Gratioso Dom: de Neulkern, cum novis vasculis argenteis perergis exornatis, quorum pretium vide in Perceptis. Hodie eâ Fran. Georg. Englstrauss Rhetor Congregaōi obtulit novos urceolos, ad imitaōem argenteorum eleganter factos.

16. August. Dom. 12. Pent. Conventus ordin. Exhortaō. Dictae Lytaniae pro Benefactoribus superius nominatis. Moniti Sodales, qui testimonia volunt, ut maturè afferant schedas. Item ut restituant Libros.

Augustus. 1722.

23. Aug. Dom. 13. Pent. Conventus ord. Exhortatio. Ex Vice-Consultoribus in locum Dn. de Werckhofft, qui hinc cum testimonijs abijt, suffectus est Dn. de Magn. uti videre est in Catalogo Promulgationis officiorum ad hunc annum.

30. Aug. Dom. 14. Pent. Conventus mens. 1.a in quo data Bona opera, et distributi SS. Menstrui eâ pro mense octobri.

September.

4. Sept. Hodie Reverendissimus et Amplissimus Praesul Speinshartensis, cum ex Collegio suo ad Comoediam huc delatus esset, à Praeside petijt admitti in Oratorium Congregationis, cuius eius Ille olim Membrum fuisset. et tum ultrò in eodem Oratorio Sacrum facere dignatus est.

6. Sept. Dom. 15. Pent. Conventus ordinarius. Exhortatio, post quam data monita Sodalibus pro Vacationibus ex Regulis. Inditum Sacrum et Renovatio Formulae in Festo Nativitatis B.mae V.is recitatae Lytaniae Laur. pro Strenuo D.no Urbis Ambergens. Syndico, qui Congregationi donavit Cistam maiorem pro asservandis vestibus Sericis, quae in cubiculo Praesidis. obtulit eni Joan. Josephus Denckh Assistens 1.us Congregationis, Rhetor. Congregationi V. F. pro quo proximè peragentur preces.

8. Sept. In Festo Nativitatis B. V.is horâ 6.a in oratorio Sacrum cui Sodales [illegible] interfuerunt. post Concionem Lecta, procedens in medium renovavit Formulam [illegible] Sodales caeteri. tum à Musicis cantatum Agnus Dei [illegible] et finito Sacro à Praeside [illegible] oratio. Sodales pro Assistente 1.o Jos. Denckh Benefactore recitarunt Rosarium.

Qui testimonia à Congregatione petierunt notati sunt in Catalogo Sodalium.

October
1722.

+
Præside P. Joanne Bapt.ª Mayr.

October.

25
Dom. 22
post Pent.
Conventus
Med: 1mâ.

Licet aliàs hac dominicâ non soleat esse Conventus, ob dedicationem Templi nostri; ob plures tamen causas, congregati primò Sodales, et instituta Electio Magistratûs Mariani. In Præfectus propositi sunt hi tres:
Joan. Georgius Anderl, Josephus Antonius Söhr,
Joan. Adamus Waldkier; primus habuit globulos 96,
alter 25, tertius 10. Promulgati sunt quoq;
qui in fine anni Scholastici à nro Sodalitio abierant:
videlicet ex Rhetorica, Andreas Bellinger, Joan. Adamus
Vötter, Joan. Henr. Jos. Somerpey. Ex Poësi, Dn. Franc.
Petrus Wilhelm. Ludov. de Steiner, Dn. Laur. Max. Eman.
Josephus de Werkstött. Ex Maj. Syntaxi, Erhardus Josephus
Bullinger, Dn. Fr. Solanus Georgius de Werkstött, &c. Ex
Min. Syntaxi, Ignatius Faber. Item Franc. Josephus
Küttner, Poëta; & Dn. Wilhelmus Christoph. Haller &c. n: 10.
Item, qui aliunde venerunt cum testimonijs, videlicet: Dn. Jac.
Ignatius de Eberts, Joannes Feichtinger, Joan. Jacobus Steinbaur,
Joan. Paulus Ballmayr, Petrus Ign. Josephus Kropf, Rhetores=.
Bened. Mart. Eduard. Pellkamer, Dn. Franc. Jos. Otto, Joan. Josephus Carl, Joan. Jos. Planck, Max. Antonius Hönig, Rudolphus Strobl, Poëtæ = Dn. Joan. Ferdinandus Heint de
Haydeck, Joan. Georg. Andreas Lederer, Maj. Syntaxistæ =
Dn. Math. Jos. Dominicus de Geyer, Synt. Minor &c n. 14.
Benignè data Bona opera cum schedis pro electione Consultorum, ac distributi Sancti Menstrui &c.

November.

1ª Nov.
Dom. 23
post Pent.

Nullus erat Conventus, propter Festum Sanctorum omnium: cum horâ primâ cantarentur Vesperæ, & his finitis Matutinum Officium pro defunctis fidelibus in crastinum.

5ta.

Hac die Jovis, unà cum Congregatione Maiore, celebravimus Exequias pro defunctis Sodalibus, horâ 7mâ, in Templo Societatis JESU, more prioribus annis consueto. Post prandium, cum dies esset Recreationis, horâ 12mâ, in Oratorio nostro, recitatum Officium Defunctorum &c. &c.

+

November 1722.

11mâ Feſtô B. Martini celebrata Promulgatio Mḡſtratus Mariani, præmiſsô Dialogô. Aderat R.P. Vice-Rector, cum omnibus fermè reliquis Patribus, ac Magiſtris &c. Catalogus Officialium hîc loci ſolet inſeri Matriculæ Sodalium. Hoc die Logici deſierunt eē nrī Sodales, ac Minores Syntaxiſtæ cœperunt eſſe Tyrones.

15tâ Dom. 25 poſt Pent. Conventus ordinarius, & Exhortatio Regulis accomodata Congregationis, promulgatô prius Feſtô Præſentaōis B. Virginis.

21mâ Eodem hoc Feſto, qđ in Sabbathum incidit, manè horâ 7mâ, Sacro cantato aderant Sodales, ac Tyrones, qui poſterita die Jovis primò inſtructi ſunt.

22dâ Dom. 26 poſt Pent. Conventus ordinarius, & Exhortatio. 25tâ, Feſto B. Catharinæ Declamatio Rhetorica poſt Veſperas; die Jovis ſequente, inſtructi Tyrones.

29nâ Dom. 1mâ Adventûs Conventus ordinarius, in quo data Bona opera, ac Aſtibti Sancti Menſtrui; Lecta quoq; pœnitentia unius Humaniſtarum, qui publicè alios evocabit ad rixas, cum ſcandalo.

December.

1mâ Ab hac ſtatim die, Sodales per ſcholas admoniti, ad peragendam Confeſsionem annuam, l. S. Franciſci Xaverij, l. S. Nicolai Feſtis. Interim emiſsæ ſchedæ promulgatoriæ Indulgentiarum, & Comprecationis decem horarum. Proſpectum de Officiatore, Levitis, dividendis Cereis, &c.

6tâ Dom. 2dâ Adventûs. Nullus qdm Conventus ob inſequens proximè Feſtum Titulare, nullo tamen à ſuetibꝰ negotiis feriô. Alterâ die in Prandio Domeſtico, promulgata ſub Litaniis futura Sodalium ac tyronum Confeſsio &c.

8vâ Omnia, Feſto Titulari, uti anno præterito; quàm, quòd Exhortator eſſet P. Præfectus; ac Officiator manè ac Veſpere, P. Procurator Ruralis; cui aſsiſtebant duo Levitæ in Officio, ut item in Veſperis. Proximo die Jovis, ad Tyrocinium congregati Tyrones.

13tiâ Dom. 3tiâ adventûs Conventus, & Exhortatio habita. Proximo die Martis, Tyrocinium.

December 1722.

20. Dom. 4tâ Adventus. Conventus ordinarius, in quo data Bona opera, & distributi Sancti Menstrui. Sub finem recitatæ fuerunt tres Rosarij Decades pro Sodalibq, qui liberaliores erant ergo Congregãoe in formulis suis.

Anni M.D.CC.XXIII

Januarius.

1723 Januarius.

3tiâ Dom. Vac. Conventus ordinarius, Exhortatio post lecta ex Confœderatis Congregãobq ad nos missa Suffragia pro Defunctis, à quibus, per Dei Gratiam, anno præterito, vacavit Sodalitas nrã. Subsequenti die Jovis, instructi Tyrones.

10mâ Dom. 1mâ post Epiphan. Nullus pro more Conventus, ob Promulgãoe Mariani Magistratus in Congregãoe Majore. Sed die Martis, instructi rursum tyrones; quod et sequenti die Jovis est factum.

17mâ Dom. 2dâ post Epiph. Conventus ordinarius; Lecta suffragia pro Confœderatis Sodalibus, Exhortatio habita. Die Mercurij, ac Jovis, Supplici Studiosorum Agmini ad B. Sebastianum procedenti, sine insignijs, comodavimq; quod annis prioribus; à prandio, die Jovis, tyrocinium iterum celebratum.

24tâ Dom. Septuagesimæ. Conventus; in hoc lecta rursus suffragia & data sunt Bona opera, ac distributi Sancti Menstrui. Diebus Martis, ac Sabbathi ultimùm instructi Tyrones pro Confessione Generali, ac susceptione crastina.

31mâ Dom. Sexagesimæ. Conventus, in quo indicta Confessio & Comunio, item Sacrum pro Festo Lustratæ Virginis. Lecta quoque Suffragia Defunctorum ex Congregãobq Confœderatis. Tyrones demum creati Sodales, omnes Syntaxistæ Minores, n. 44.

Februarius.

2dâ Festo Purificãois B.V. Horâ 7mâ Sacrum in Oratorio.

NB. Confirmata Facultas, à R.P. Bernardo Jost, legendi Sacrum & peragendi S. Comunionem in Odæo Congreg.

+

Februarius 1723.

Dom. Quinq. 4. Hac Dominica, nullus pro more Conventus, ob Compre-
cātem 40 hor̄um. Die Lunæ vero Congregatio nr̄a per
horam, à 2da ad 3tiā adoravit Eucharistiū Deū, anni
præteriti ritu.

14. Dom. 1. Quadrages. Conventus, & Exhortatio, poſtquam recitatæ ſunt Lita-
niæ B.V. pro aliquot Benefactoribus Sodalitatis.

Dom. 2. Quadrag. 21. Conventus, Exhortatio. Promulgatus Conſultor novus,
Ioañes Georgius Hamer, Rhetor, loco Ioannis Chriſtophori
de Weiſsman, qui à Parentibus avocatus eſt domum.
Lecta item pœnitentia duobq Humaniſtis, ac duobq Syn-
taxiſtis minoribq, ob frequentata Hoſpitia & Choreas
ductas; debebant Sacrū Odeū everrere.

28. Dom. 3. quadrag. Conventus, in quo diſtributi ſunt Divi Menſtrui, ac data
Bona opera. Moniti Sodales, ne ante Conventûs
initiū, ſtent in platea, & garriant.

Martius.

7. Dom. Lætare. Conventus, Exhortatio. Valedixit hoc tempore Studiis
Andreas Antonius Benlacher maj. Syntaxiſta, perſtitit nihi-
lominus in Congregaõe nr̄a, donec matureſcat pro Sodalitio
Maiore. Interim Pharmacopolam agit.

14 Dom. Paſs. Conventus, Exhortatio.

21 Dom. Palm. Nullus pro more Conventus eſt habitus, neq; Planctus B.V.
cantatus: quia novationes n̄ amo. Interim proceſsio Para-
ceraſtica adornabatur.

25. l. Cœna Dni. Incidit in hanc diem hoc anno Feſtū Annuntiationis B.V.M.
Sed in Oratorio lectū Sacrū non eſt, eoquod plura Sacra
neq; in templo Socĩtis ſint habita (licet in foro celebraret
hoc Feſtū:) ſed tt tria l quatuor unà cū ſolenni Officio.

26 Paraſceue & 27 Sabb. Sctō. Celebrati ſunt hi dies more prioribq ãnis conſueto, præter-
quam, quod ante horam 6tā clauſū Gymnaſiū ſit.
Legantur proin obſervationes anni præteriti, ſub
finem Martij, & Aprilis initiū annotatæ.

+

Martius 1723.

28. Paſcha. Nullus pro more Conventus, ſed poſt Veſperas habitæ Declamationes Rhetorum & Poëtarum: quia altera die celebravit Congregatio Maior ſuum Feſtum Titulare B.V. Mariæ ab Angelo ſalutatæ.

Aprilis.

4. Dom: in albis. Conventus, in quo data Bona opera, & diſtributi Sancti Menſtrui. Intra hebdomadam deſtructa Ferula, & ſcamna quovis in ordine redacta.

11. Dom. 2da poſt Paſcha. Conventus, Exhortatio. Moniti Sodales de Silentio in Conventibus obſervando.

18. Dom. 3 poſt Paſcha. Conventus, Exhortatio. Puniti aliquot, qui garriebant in Conventu &c.

25. Dom. 4 poſt Paſcha. Conventus, in quo data Bona opera, ac diſtributi Sancti Menſtrui.

Maius.

2. Dom. 5ta poſt Paſcha. Conventus, Exhortatio. Lecta pœnitentia duobus Humaniſtis, ob debacchationes nocturnas. Juſſi ſunt bis interea primo Sacro, in templo Societatis. Proſcripta Confeſſio & Comunio in Feſto Aſcenſ. D.N.

9. Dom. 6 poſt Paſcha. Conventus, Exhortatio. Indicta Confeſſio & Comunio pro Pentecoſte.

16. Pentecoſte. Nullus pro more Conventus. Die Lunæ Declamatio Rhetorum, ac die Martis, illa Poëtarum.

23. Dom. 1 poſt Pentec. Feſto SS. Trinitatis. Conventus, in quo data Bona opera, diſtributi SS. Menſtrui. Indicta Confeſſio & Comunio pro Feſto Corporis Xri. & facta denique Electio Magiſtratus Mariani. Propoſiti in Præfectum ſunt, Joſephus Söhr, Petrus Ignatius Kropff, Joan. Georg. Saurpeck.

Maius 1723.

Dom. 2 post Pent. 30. Celebrata Promulgatio novi Magistratus Mariani, cuj præmissum Drama. Adesse huic dignatus est etiã Rmus Suffraganeus Ratisbonensis, postquam ante prandium in aula Gymnasij Studiosos, aliosq; Nobiliũ filios iuniores Sacramentô Confirmationis donavit.

Junius.

6. Dom. 3 post Pent. Conventus ordinarius, Exhortatio Sodalitij Statutis accomodata.

13. Dom. 4 post Pentec. Conventus, Exhortatio, postquam, ad Præsidis intentionem, recitatæ Litaniæ Lauretanæ.

20. Dom. 5 post Pent. Conventus ordinarius, Exhortatio. Indicta Confessio & Cõmunio in Nativitate S. Joañis, et SS. Apl. Petri & Pauli.

24. Dom. 6 post Pent. Conventus, in quo dabantr Bona opera, & Diviq; Menstrui dividebantur.

Julius.

2. Festo Visitationis B.V. M. Horâ 7mâ Sacrum legebatr in Oratorio Congregationis, cuj Sodales intererant.

4. Dom. 7 post Pent. Conventus, Exhortatio. Lecta rursus pœntia garrientibq; in Conventu. Orare iussi sunt pro illis, qui se non excusant, cùm absunt.

7. Die Jovis, processum à Sodalitate nrã in Montem Virginis Auxiliatricis, more consueto. NB petitâ prius ab adm Rdo Loci Decano, & obtentâ veniâ exponendi Venerab. & Eucharistici Dei.

11. Dom. 8 post Pent. Conventus ordinarius, & Exhortatio.

18. Dom. 9nâ Conventus, & Exhortatio.

25. Dom. 10ma post Pent. Conventus ordinarius, in quo data sunt Bona Opera, & distributi Sancti Menstrui.

Augustus 1723.

Augustus

1. Dom. 11ª post Pent. Nullus Conventus, ob supplicãem S. P. N. Ignatii à Juventute etiam Gymnastica habitam; more aliarum pariter urbiũ.

8. Dom. 12ª post Pent. Conventus Ordinarius, Exhortatio. Indicta Confessio & Cōmunio pro Assumptione B.V.M.

15. Dom. 13ª post Pent. Festo Assumpto Virginis, Horâ 7mâ Conventus & Sacrum in Oratorio nostro.

22. Dom. 14ta post Pent. Conventus, Exhortatio, postquam data Bona opera, & distribti SS. Menstrui. Moniti Sodales, ut restituant arma mortificãois, libros su

29. Dom. 15ta post Pent. Festo SS. Angelorũ. Conventus, Exhortatio; postquam distribti SS. Menstrui pro Octobri. Moniti Sodales, ut schedas afferant P. Praesidi, qui testimonia petunt.

September.

8va Nativitas B.V.M. Horâ 7mâ Sacrum in Oratorio, sub quo, pro annuo more, renovata est Formula Mariani homagii. Caeterum illi, qui à Congregatione testimonia receperunt, in Sodalium Catalogo sunt annotati.

October.

24. Dom 23 post Pentec. Nullus erat Conventus, ob dedicationem templi Soctis IESV ad D. Georg.

31. Dom 24 post Pent. Conventus erat primus, in quo data sunt Bona Opera ac distribti SS Menstrui; recepti sunt quoque in Sodales hi tres Praenobiles, Wilhelmus Christoph. Haller de Hallerstein, Joan Franc. Ludovicus ac Jos. Clemens Emanuel de Steinlin, fratres.

November 1723. Inſtituta quoq; Electio novi Magiſtratûs Mariani; In Præfectum propoſiti ſunt hi tres, Mathias Maul; Fortunatus Franc. Xav. Seidenſticker, ac Bernardus Belſik; quorum primus à Sodalibus pleroſq; calculos retulit.

November.

7. Dom. 25 poſt Pent. Conventus, in quo celebrata eſt Promulgatio novi Magiſtratûs Mariani, præmiſſo dialogo. Officialium nomina Matriculæ Marianæ inſerta ſunt.

5. die Ven. Prius tamen, hoc die ſcilicet, unà cum Congregatione Maiore, adornavimus Exequias annuas pro defunctis Sodalibus, horâ ſeptimâ, in Templo Societatis Jesu, more aliorum annorum. Poſt prandium horâ 2mâ recitatum Officium pro defunctis, in Oratorio nostro.

14. Dom. 26 poſt Pent. Conventus, Exhortatio de regulis Congregationis. hac die Minores Syntaxiſtæ Tyrocinio nostro donati ſunt.

21. Dom. ult. poſt Pent. Feſtum ſimul erat B.V. in Templo Præſentatæ; manè horâ 7mâ Sacrum ſolito more, poſt prandium horâ 1mâ Conventus & Exhortatio.

28. Dom 1ma Advent. Conventus, in quo diſtributi S.S. Menſtrui, ac data opera bona; moniti Sodales de peragenda Confeſſione annua pro Feſto Titulari, ne eam differant in ultimam diem, cum impedimento aliorum.

December.

5. Dom. 2da Advent. Conventus, Exhortatio. Indicta Confeſſio, & Communio in ordine Feſto Titulari, & alia. NB heri miſſæ ſunt ſchedæ promulgatoriæ Eiuſdem Feſti, in Parochiam, & ad RR.PP. Franciſcanos; et earum una in Gymnaſio, altera valvis Templi nostri affixæ ſunt.

8. Feſtum B.V.M. ſine labe concepto, Titulare Congregationis nostræ. Hoc anno, ad voluntatem R.P. Rectoris, Comprecatio decem horarum initium habuit à horâ 5tâ,

December 1723. ut alias, sed horâ 6tâ Mediâ 9næ Officiũ, sub quo post Offertoriũ, Oblata S. Synaxis Sodalibus à P. Præside. A prandio circa mediam 2dam Conventus, Exhortatio, Renovatio Formulæ, unà cum proposito tuendi Imaculatam Conceptionẽ B.V.M. Horâ 3tiâ Vesperæ in templo Soctis, ad quas Congregatio processit in Corpore. Post Vesperas Litaniæ, & post has omnium finis. Officiatorem egit cum 2 Levitis P. Jacobus Geissmayr, Exhortatorem P. Christoph. Pecher.

12. Dom. 3. Advent. Nullus quidem Conventus à prandio, ob Festum procedens; manè tamen horâ 7mâ Sacrũ in Oratorio nr̃o, quod Festo Titulari celebrari n potuit ob Comprecationẽ.

16. Tyrocinium 2dum: primum enim habebatur Nonâ huius.

19. Dom. 4ta Advent. Conventus, in quo data sunt Bona Opera, ac distributi S.S. Menstrui. Indicta etiam Confessio & Comunio pro Circumcisione Dni.

21. Festo S. Thomæ Apostoli, horâ 12mâ Congregati & instructi Tyrones.

26. Dom. Vac. Festo simul S. Stephani Protom. nullus Conventus pro more sũ.

Abiit cum testimoniis hoc mense Prænob. Joan. Ferdinandus Heyd de Heydegg, Humanista.

Rediit ad Congregationem, relatis testimoniis, Præn. Andreas Georgius Schell, Rhetor.

Nullus hoc anno, per Dei gratiam, Mortuus è nr̃o Sodalitio est. Hinc nulla mitti debuerunt ad alias Congregationes suffragia.

Januarius 1724.

Anni M.D.CCXXIV

Januarius.

2. Dom. Vac. Conventus; Exhortatio. Lecta Pœnitentia Poëtæ ac minori Syntaxiſtæ; ob violatũ ſilentiũ in Oratorio nr̃o.

4. D. Martis Horâ 12mâ inſtructi Tyrones.

9. Dom. infra oct. Epiphan. Nullus pro more Conventus, ob Promulgationem Magiſtratûs Mariani in Maj. Congregatione.
Die Jovis; Tyrones ruſum inſtructi.

13. Dom. 1 poſt Epiphan. Conventus; lecta ſuffragia pro defunctis confœderatarum Congregationũ Sodalibus.

16. Item Exhortatio habita.

18. Die Martis. Inſtructi Tyrones.

20. Feſto S. Sebaſtiani; uti etiam poſt octiduũ; comodata ſunt, quæ ſupplicati adornandæ nr̃ia erant ſũ.

23. Dom. 3 poſt Epiphan. Conventus ordinarius; Exhortatio; lecta ſuffragia pro d̃functis cõfœderatis. Sequenti die Martis Inſtructi ruſũ Tyrones; uti etiã die Jovis.

30. Dom. 4 Epiph. Conventus; in quo promulgata Confeſſio & Comunio pro Feſto Purif. B.V.M. lecta ſuffragia pro d̃functis & data bona Opera, d̃ſtributi SS. Menſtrui.

Februarius.

2. Feſto Purificationis. Horâ 7mâ Sacrũ in Oratorio; à prandio inſtructi Tyrones.

6. Dom. 5 Epiph. Conventus, Exhortatio; promulgata ruſũ ſuffragia. die ſequenti Martis inſtructi Tyrones.

13. Dom. Septuag. Conventus; Exhortatio; lecta ſffragia pro d̃functis. die Martis inſtructi Tyrones; ac poſtremò die Sabbathi.

†

Februarij 1724. Conventus, in quo Tyrones creati Sodales.
20. D. Sexag. Promulgata Comprecationis hora in diem
28. Lunæ post Quinquagesimam. quo etiã habita
est more consueto ab horâ 2da ad 3tiã.

Martius

5. Quadrag. Dom. Conventus, distributi SS. Menstruj, data
Bona opera, Lecta pœnitentia pluribus tu(m)
ppter frequẽta hospitia, tum ppter rixas, et
garrulitatem in tylo sub hora Comprecaõis.
12. Reminisc. Conventus, Exhortatio.
Conventus, Exhortatio, indicta Confessio & Sacmi &
19. Oculi. Comunio in Festu B.V. ab Angelo Salutatæ.
Et cum esset festu S. Josephi in Foro, in ho-
nore Ejusdem, post Exhortaõe, recitatæ
sunt Litaniæ Lauretanæ.
26. Lætare. Conventus, in quo data Bona opera, atq
distributi Sancti Menstruj. Pridie horâ 7. Sacru
in Oratorio.

Aprilis

2. Judica. Conventus, Exhortatio. Indicta sunt ea, quæ
fieri debebunt in Parasceve & Sabbatho Sto.
14 Parasc. Peracta sunt omnia, quæ fieri solebant
15 Sabb. S. præteritis annis. Hinc Legenda, quo no-
tata reperiuntur anno 1722. NB Dominicâ
Palmaru nullus habitus Conventus.
23. In albis Conventus, Exhortatio, duobus Pœnitis pœni-
tentia Lecta, eo quod operam suã P. Præsidi
negârint, cum instrueret Processionem, &
debebant Oratoriu Marianu evertere.
30. Misericor. Conventus, in quo data Bona opera, &
distributi SS. Menstruj.

Maius 1724.

Maius.

7. Jubilate. Conventus, Exhortatio. Suſceptus in Sodalem Joannes Georgius Criſsner Minor Syntaxiſta.

13. Cantate. Conventus, Exhortatio.

21. Rogate. Conventus, Exhortatio. Indicta Confeſsio & Communio pro Feſto Aſcenſionis D. N. J. C.

28. Exaudi. Conventus, in quo diſtrib. SS. Menſtrui &c.

Junius.

4. Pentec. Nullus pro more Conventus, ob Declamationes.

11. SS. Trin. Conventus. Inſtituta Electio novi Magiſtratûs Mariani: In Præfectum electi ſunt hi tres: Joan. Joſephus Planck, Joan. Philipp. Maner, Fortunat. Xaver. Seidenſchnur; Primus primas tulit.

18. Dom. infra octav. Corp. Chri. Conventus. Promulgatio novi Magiſtratûs, Dramate celebrata; quod intra hebdomadam iterum debuit exhiberi.

25. D. 3 Pent. Conventus, diſtrib. SS Menſtrui; Indictum Sacrũ in Feſto Virginis Eliſabethæ viſitantis.

Julius.

2. Viſitatio B.V.M. Horâ 7mâ Sacrum in Oratorio noſtro.
Sequente die Jovis, more ſolito, in Montem Virginis Auxiliatricis proceſsimus. Quo modo? Vide annum 1722. NB petenda prius facultas pro exponendo Venerabili à Parocho Civitatis!

9. D. 5 Pent. Conventus, Exhortatio Regulis accomodata.

16. D. 6 Pent. Conventus, Exhortatio.

23. D. 7 Pent. Conventus, Exhortatio.

30. D. 8 Pent. Conventus, Exhortatio brevis, poſtquã diſtrib. SS. Menſtrui &c.

Auguſtj 1724.

Auguſtus.

6. Dom. 9 Pent. Nullus Conventus, ob Proceſſionem S. P. Ignatij.

13. D. 10 Pentec. Conventus. Exhortatio. Indicta Confeſſio & Communio, item Sacrum horâ 7mâ, in Feſto B. V. in cœlos aſſumptæ. Lecta Pœnitentia Au„ manifeſtè ob varios exceſſus; debuit poſt Conventu, in medio genua flectere &c. NB.

Fronhofer.

20. B. 11 poſt Pent. Conventus. Exhortatio. Moniti Sodales de reſtituendis Ciliciis & flagellis; ac de dandis ſchedis, ſiqui teſtimonia velint.

27. Dom. 12 Pent. Conventus, Exhortatio brevis de iis, quæ Sodalem deceant in Autumnalibus a ſcholis Vacationibus. Tum diſtributi SS. Menſtrui pro Septembri, & pro Octobri, in exitu &c.

September.

3. B. 13 Pent. Nullus Conventus: quia Profeſſor poſtero die finalem ſuam Tragœdiam exhibuit.

8. Nativ. B.V. Cæterum hac die, horâ 7â in Oratorio Sacrum, ſub quo, poſt Elevationem, proeunte Profeſſore, renovârunt Sodales Formulâ Marianâ Homagij. NB Finitis Veſperis diſtributa teſtimonia iis, qui notantur in Matricula Mariana, videlicet ex Rhetorica Udalr. Andr. Georg. Schell. Benedictus Martinus Erhard Lechamer, Joan. Joſ. Corl, et Joan. Mich. Sichela. Ex Poeſi Joann. Vitus Krick. Ex Synt. Maj. Joan. Georg. Hoff, et Adam Martin Vitus Völckl. Ex Synt. min. Joan. Georg. Mich. Handey Dillner, et Joan. Chriſtophorus Samer.

†

Novus Annus Scholaſticus
Præſide P. Georgio Adam.

October 1724.

Dies 22ma Dom. 20ma poſt Pentecoſt. Nullus pro more Conventus propter Dedicationem noſtri templi.

29. Dom. 21. poſt Pent. Iterum Nullus Conventus propter Supplicationem, quam comitari totum Gymnaſium debuerat propter Jubilæum et SS. Myſterij diſtributi privatim in ſcholis, uti etiam his diebus libri Spirituales Sodalibus.

November.

5. Nov. Dom. 22. poſt Pent. Conventus ordinarius. Brevis Exhortatio, et deinde Electio Novi Magiſtratûs. Promulgati etiam, qui aliunde cum teſtimonijs venerunt, videlicet Georg. Joſephus Würſing, Joann. Georgius Bertoldt, et Mathias Antonius Wittenfelder, omnes Humaniſtæ. In Conſilio pro Præfecto propoſiti ſunt 1us Michael Anton Guilielmus Laur, 2^{dus} Joannes Caſparus Reiſer, et 3us Joannes Georgius Winckler. Ex quibus ultimus à Sodalibus vota tulit 64. primus 34. et ſecundus 13.

6. Nov. Manè horâ 7^{a}. Exſequiæ ſolennes in templo noſtro habitæ Nomine utriusque Congregationis pro Defunctis Sodalibus. Noſtra Congregatio dat cereos pro quatuor Altaribus Collateralibus. Officium cantavit Præſes Majoris, Præſes vero Minoris Sacrum dixit ad aram $B^{mæ}$ Virginis, in reliquis Altaribus Sacerdotes exteri, à Majore Congregatione conſtituti.

November 1724.

7. Nov. Die Martis. Horâ 12. Convocati in Oratorium Sodalibus, recitatum officium Defunctorum pro Defunctis ex Congregatione. 7. Nov.

Dom. 23. post Pent. Conventus ordinarius. Exhortatio, et ~~in~~ indicta in sequente Dnicâ Promulgatio novi Praefecti, invitatâ etiam pro more Congregatione Maiore. 12. Nov.

Dom. 24. post Pent. Conventus Ordinarius. Dictâ ab oratore uno brevi oratiunculâ lectus Catalogus novi Magistratûs, item ab altero oratore novo Praefecto facta brevis gratulatio, cui dein paucis respondit Praefectus. Tum subiunctus à Musicis Hymnus Ambrosianus, et sic finitus Conventus recitatis ad finem consuetis Congregationis precibus. Adfuit praeter complures ex Collegio Patres, etiam R. P. Rector. 19. Nov.

Admissi oẽs hoc anno Syntaxistae minores ad Tirocinium, ut sacro hoc fervore facilius continerentur intra limites modestiae, quos non pauci post obitum egregii sui Mgri Seraphini Glockinger excesserant.

1720
December

2da: dies Jovis.

5ta decemb
Dom 2 advent:

8va: decemb:
dies mercurij et festum
Titulare immacul:
Concept:

December.

Instruct: prima vice Tyrones.

Conventibus ord: exhortatio et instructio de peragenda proxime Confessione annuali. Promulgatus Wolfgangus [illegible] Rhetor [illegible] cum test: [illegible] zelatus.

Celebravit hodie Congregatio nostra festum suum titulare, ea porro ratione et ordine, quo ante annum, et biennium. Videbatur tamen in posterum Rev.do Patri Rectori mutandum nonnihil, quod et SS.mum Venerabile non hora 5ta, seu hora 6ta exponendum, et Litaniae Lauretanae commendanda statim sub hora 4ta vesperis possint. ostendit Diarium annis superioribus id ita fuisse aliquando factum, si mutatio intercesserit, illi superiores noverint, qui eam induxerunt. monendus igitur anno sequenti mature R. P. Rector, ut si introducere aliud nove placuerit, in tempore mutari item scheda promulgato tempore possit, quarum una ad Parochiam, altera ad PP. Franciscanos mittitur, tertia vero ad portam templi nostri affigitur.

[illegible] ad Sodales dixit P. Gregorius [illegible] Kolb SS. Canonum Professor, qui idem in officio et vesperis cantandis nobis perlubenter obsequentes assistit, ipso alius officiator templi nisi quod adfuere Levitae in officio, non item in vesperis, ad quorum finem [illegible] hoc anno Benedictio seu et voluntate Rev.di Patris Rectoris transmisit venerabile usque ad expositum [illegible] hora [illegible] fuerit 4ta [illegible], inde [illegible] ad [illegible] 5ta completorium hora 4ta pro more. [illegible] ultimae hac hora submisit mgr Grammatices.

Caeterum gesta omnia magno cum ordine, solatio, et modestia, qui adeo etiam Sodales in formulis fuere ut contactu [illegible] Collegium [illegible] argenteas SS flores et [illegible] omnino fuerit exhibitum.

Sodales.

12 Decembris. Dom 3ia adventus.

Dom. 3. adventus. Conventus nullus, ob incidens festum titulare; instructi tamen usque ad horam 2dam Tyrones.

NB

Per hanc immaculatae Conceptionis octavam singulis diebus scholae omnes ad [illegible] apparuere in oratorio singulae quidem ante secundam mane; ubi coram ara elegantissime exornata alterno choro dixere Rosarium, quo finito, subiuncta est recitatio officij B.V. sive tale concinnati ad Divionis methodo: prima die post festum initium factum a Rhetoribus;

Lecta poenitentia duobus novioribus syndicis ob garrulitatem in oratorio ante Consilij adventum exercitam.

19 Decemb. Dom 4 adv.

Conventus ordin.; data bona opera et distributi sancti menstrui. Suscepti olim hanc in Sodalitatem Joseph Joannes Bager Poeta Sulzbaco ad nos delatus; et Braunb. Ferdinandus Christophorus Blockhauser sunt nati Egrae olim iam Tyro, alterque a moribus et legum peritia probatus.

21. festum S. Thomae

Instructi Tyrones hora 1ma.

26. Dom: et festum S. Stephani:

Nullus conventus ob declamationem Rhetorum.

28 festum SS. Innoc.

Instructi ante Vesperas Tyrones.

Januarius
Anno 1729

2da Jan
Dom: infra Nativ. Conventus ordinarius, et exhortatio.

instructi Tyrones ante Vesperas.

6. Jan: fest. Epiph:

9. Dom: 1 post Epiphan: Nullus conventus ob promulgationem Scenicam maioris Congregationis, ad quam pro more etm nostra fuit invitata.

Tyrocinium.

13. dies Jovis.

Conventus ordinarius et exhortatio

16: Dom 2 post Epiph: lecta etm suffragia complura.

instructi Tyrones.

18. dies martis. Iterum instructi Tyrones.

20 Dies Jovis. Conventus et exhortatio.

23 Dom 3 post Epiph: Tyrociniū.

25 dies mart. Tyrociniū.

27. dies Jovis. Conventus, data bona opera, distributi SS Menstrui, deinde recitatum alterno choro officium de Imac: Conc: et Hymnus S Casimiri.

30. Dom 4 post Ep:

31. dies ~~martis~~ Lunae Instructi Tyrones.

NB
*

Annalium memoriâ dignus est favor à Beatissima Patrona nostra per hos dies Sodalitati nostrae praestitus. Servatae quippe non obst. prodigiô 600 imagines ab interitu, quas ad nostri Exempli similitudinem Augustae incisas et papyro impressas nuncius ordinarius Ambergensis secū Ratisbonam advexerat, sed haud procul urbe ob Danubij eluvionē everso curru

et novem personis cum equis et auriga in
ipso flumine de vita periclitantibus, et
pluribus mercibus ac fasciculis torrenti im-
petu omnino perditis; solum inscriptus
sodalitatis nostrae fasciculus adhuc discri-
mini et aquis ereptus nobis redditus est;
madidus quidem omnino, totus integer
tamen et absque ullo dispendio salvus.

Februarius:

2 Febr. Festu[m] Purif. B.V.M.

Mane circa 7ma sacrū in oratorio,
et Communio sodaliū sub eo in ordine,
accinente musica, Legit sacrū Pater Praeses,
et post distributā sodalibus SSmā Eucharistiam
comitante cum ardentibus cereis consilio,
manano sacrū ciborium in templū retulit.
Solet quidem alias hora 7ma initium dari
Sacrificio, sed cum hodie Congregatio Do-
lorosa in nostra Ecclesia compraecationē in ho-
rarū celebret, et officiū hora octava in-
cipere soleat, satius visū tempus praever-
tere, locum ut respirandi relinqueretur mu-
sicis et sodalibus.

6. Febr. Dom. 5. post Epiph.

Conventus ordinar: et exhortatio.

13 Febr. Dom. Septuagesimae

Conventus et exhortatio, sed sub Canta-
tis Litaniis distributae singulis sodalibus
imagines Augustae datae et ex Danubio ser-
vatae, acceptae ab eisdem magno cum gau-
dio et pio devotionis affectu; exhortatio et
pro minori expectatione est accommodata ad
tempus exhortatio stimulavit. Cetera etiam paeni-
tentia 3 [illegible] Poetis ob garrulitatē in oratorio.

Februar

17. Dies Jovis. Tyrones instructi.

20. Febr: Dom. Sexagesimae. Conventus ord: meô ima. data bona opera sub cantatis Litaniis, subiuncta exhortatio.

28. Dies Lunae post Quinquagesimam. Loco consueti conventus hesterna die celebrandi, Horâ 10a pro more Sodalitas nostra ex Gymnasio praelata cruce ascendit ordine processionali in templum interfutura adorationi Venerab: Eucharistici per horam: rediit eodem ordine ad Gymnasium.

Martius

Martius.

6. Martij Dom: Quadragesimae. Conventus ordinarius, in quo post dictas preces instituta loco exhortationis consideratio una de morte, ita per litteras urgente P. Missionario, et R. P. Rectore perlubenter concedente. obscuratum eum in finem oratorium, in medio ceræ ad lampades exhibitum imago praeludij, alterior tota facies panno nigro obducta. in organo sub Conopeo posita imago B. V. Immaculatae intra duas candelas. ex parte epistolae suspensa imago Matris Dolorosae similisque aliis feriis. ad Cornu epistolae altior nonnihil suggestus erectus, in quo constituta imago Crucifixi maior in supplicationibus praeferri solita, sub initium et potissimam partem Considerationis sedebant Sodales, Praeses vero stabat, ad finem vero et colloquium omnes in eo flectebant. Placuit et profuit Sodalibus exercitiorum anno abhinc in eodem loco à P.re Missionario acceptorum repetitio quamdam quam summo cum silentio et pio interessetus exceperunt.

15

1729 Martius 92

113

Fragmentū epistolæ à R. P. Michaele Baur Missionario Apostolico ad sodalitatem nostrā, quā anno abhinc sacro triduo excoluit, datæ his diebus, et īsdē in oratorio prælectæ.

Sodales in Christo et Maria amantissimi.

Dubitaverint forte sodales optimi, ac crediderint me omnem Congregationis suæ memoriā deposuisse. absit. amplector charissimos oēs in Christo Jesu, obsecro, et obtestor per sanguinē Christi, et piissimū quo eā Virginem Matrē prosequuntur amorem, revocare velint sanctissima proposita. memini quo fervore abominati sint singuli peccatū mortale, unicū et summū in orbe malū. memini detestatos esse pravā societatem, et sacrosanctā fidem immaculatæ Virgini, Dominæ, advocatæ ac Patronæ suæ jurasse omnes: memini, castissimas mentes mori potius quam [illegible] devovisse. sacrū silentiū, et singularē Reverentiā perpetuā velut Tesserā habitæ quondam missionis, oratorio suo devovisse. adhortor et ad pedes Christi Crucifixi provolutus rogo, pergant porro sodales optimi, et quem hauserunt spiritū aut augere, aut innovare aut revocare velint.

ut ego porro uberem in missionibus meis messem et fructū animarū faciā, me ac missiones meas amantissimæ Congregationi precibus impensissimè, et devotissimè commendo. Eystadij 7 martij 1729

Congregationis universæ

Infimus in Xro servus
Michaël Baur S. J.
Missionarius Apostolicus

1729

Martius

10. Dies Jovis. Instructi Tyrones post prandium.

13. Dom. 2 Quadrag. Conventus ordinarius. et in eo post dictas preces et lecta suffragia, instituta est 2da consideratio agens de Judicio particulari.

17 Dies Jovis. Instructi Tyrones de Confessione Generali

20. Dom. 3 Quadragesimae Conventus ordinarius et in eo 3tia meditatio de Inferno

23 Dies Jovis. Instructio Tyronum ad confessionem generalem.

25. Dies Veneris. Festum B: Annunc: Media 7ma in oratorio pro more celebratum sacrum, a Pre Praeside, sub quo omnes Sodales ex ordine Sacram Communionem accesserunt, nulla tamen sub Sacro musica, quia Seminaristae alias hac die in obsequia maioris Congregationis Clericorum erant occupati; finita missa Sodales et Consiliarii instructum sacrum Ciborium ad templum reportatum pro more iterum comitabantur.

27. Dom Laetare Conventus ordinarius, data apte eius initium in primo cuique accepta bona opera et distributi S.S. Menstrui, deinde instituta 3tia meditatio de Coelo.

31 Die Jovis. Instructi iterum et ultimo Tyrones, qui de industria omnes ad Tyrocinium ex animo Syntaxi admissi sunt et longius in eo detenti, sacro ut freno nobis continerentur intra limites modestiae, quos non pauci petulantiores transiliverant olim

2da. dies Sabb.

Hodie mane mediâ 6ta omnes Tyrones ad susceptionem electi audito prius in templo sacro convenerunt in oratorio, ibique à P̃re praeside ad Confessionē Generalem per actum contritionis ritè dispositi sunt.

3. Dom: Passionis.

Conventus ordinarius et exhortatio, qua praecessit Tyronum in Sodalitatem susceptio, numero 58, quorū nomina vide in Catalogo maiori Sodalium. exinque aliis, qui ob mores Discolos ab ipsis suis condiscipulis nigro calculo in informationibus scripto satis notatos, ab hac gratia ex Consilij universi sententia suspensi sunt, et in Catalogo Lineola subducti. Functus uterque etiam orator suo officio munere, musici accinuere Te Deum Laudamus. Lecta etiam poenitentia Praenobili De Salzenhou[illegible], quod, licet monitus ante adventum Confi[illegible], quod satis noluerit, cum tamen religiosi tacere Sodales oblatum anno abhinc in sacra recollectione B: Virgini silentium magna cū Religione observarint hactenus semper. jussus est in oratorio durante exhortatione flectere, more gessit humiliter, genua, et tibi surgendi [illegible] in Altari facta à P̃re praeside [illegible].

8 Aprilis. Festū 7 Dolorū die Veneris

Hodie à 10 Sodales oēs in oratorio convenere interfuturi sacro in honore B. V. dolorosae lecto à R̃do P̃re ministro nostro Josepho Halll, ad id invitato, accinuere musici Classicū Stabat Mater. oratorium obscuratū, ara eleganter exornata, proposita imago Matris Dolorosae venerandis.

10. Dom Palm.

Nullus pro more Conventus, eius loco vocati Scholarū ordine Sodales, ut invicem [illegible] in oratorio singulos audirent Confessarii, quaedam opus bonum poenitentiae peragere vellent, addatis [illegible] diligenter prospectum.

Aprilis 1729

15a. Dies Parasceves. Circa 2iam educta supplicatio poenitentiae nomine Maioris Congregationis, instructa tamen a Praeside minoris ad id invitato pro more. Favit, dubia licet, tempestas et pluvias iam cadentes suspendit. Portata sunt novem fercula, his additus chorus, cui vehendo Collegium perlubenter 4 equos commodavit. Peracta omnia pie et feliciter, et post illa clausum Gymnasium.

16: Sabb. Sanctum. Pro more sodalitas minor hodie primum agmen poenitentiae eduxit circa horam 2dam, in quo gestata sunt nova fercula, personas vero Christi comitabantur loricati milites. Togas poenitentiae liberaliter subministravit, cum nostrae non sufficerent, sodalitas maior. Alterum agmen eductum est hora 4ta, sine ferculis tamen, sed numerus poenitentium item copiosum. Post sextam clausum visitatis fornicibus Gymnasium. In prima processione Consilium totum [illegible] recessit.

17: Festum et Dom: Paschalis. Nullus pro more conventus, sed eius loco declamatio Rhetorum post vesperas.

24. Dom: in albis simul cum festo S. Georgii. Nullus conventus pro more, ob solemnitatem Patrocinij templi nostri.

1729

Maius 1729

1ma Maij
Dom 2 post Pascha

Conventus ordinarius: data bona opera distributi SS. Menstrui. instituta ide electio novi magistratus. in qua consultorum suffragiis ad unum praefixi sunt in medio Casparus Sporer, ad dexteram Philippus Faber, ad sinistram Chrysostomus Mayr. sodalium dein calculis 93 in Praefectum electus est Casp: Sporer. in primum assistentem calculis 50 Chrysost. Mayr. in 2um assistentem calculis 20 Phil. Casp. Faber. omnes Rhetores.

8va Maij
Dom 3 post Pascha

Conventus ordinarius exhortatio —

14. Maij dies Sabb.

Post Litanias circa 4tam productum hodie primo melodrama in Palaestra promulgationem paratum praesentibus tum R. P. Rectore omnibus fere Collegii Patribus, tum Gymnasii ac Lycaei Discipulis.

15 Maij
Dom. 4 post Pascha.

Promulgatio novi Magistratus praemisso ad lucernas melodramate instituta, praesentibus ex maiori Lat. Sodalitate, quae semper invitari solet, et ideo conventum non celebrat, multis Dominis. Catalogum vide in libro maiori.

22 Maij
Dom 5 post Pascha

Conventus: exhortatio de afflic. Regularum.

23 Maij
Dom. 6 post Pascha

Conventus: ordi: data bona opera, et distributi SS Menstrui. Dein solidatum alterno choro officium de Immaculata et Hymnus S. Casimirianus omni die. Lecta etiam poenitentia Rhetori, quia ante triduum lusus amore conventum neglexerat, iussus est in medio flectere durante officio.

Junius.

Junius 1729.

5. Junij
Festum Pentecostes.

Nullus pro more Conventus ob instantē declamationem.

12 Junij
Dom: Trinit.

Conventus ordinarius, et exhortatio [illegible]
Lecta Rhetori poenitentia, quod nupera
dominica in conventu non comparuerit maturè,
malleus in horto coetum lusum perlegere, quam
clientis Partheni officiū interesse. idque est durante
toto in Sacro composuere mediā bla. Socii
in egerat [illegible], qui 23 maij punitus fuerat ob
absentiā ex eodem capite.

Jun: 19. Dom. 2 post
Pentecost.

Conventus ordinarius et exhortatio. indicta
Sodalibus confessio pro festo S. Aloysii Patroni
nostri.

21. Junij
Festum S. Aloysii.

Hodie omēs Sodales in honorē S. Aloysii
Patroni sui datis schedis confessi ad mensā
Angelicam durante officio in oras S. Ignatii
accessere, à Pre Praefecto suo Sacrū faciente Pane
Angelico Pasti. id quod etiam in Festo S. Sta-
nislai probante et ita annuente R. P. Provin-
ciali (in posterū) semper fiat.
per octavā in oratorio elegantius exornato
[illegible] annū singulis diebus aliqua ex [illegible]
scholis post meridiē [illegible] in honorē S. Patri-
ni recitavit alterno choro Rosarium et officiū
de Immaculata, quā oratiōe de S. Aloysio, liberte
operā suā addicentibus professoribus, et facul-
tatē concedente R. P. Rectore.

13 Hisce diebus recens picta est seu potius illu-
minata elegans imago referens B. Vgnē Sancto
Aloysio liliumque S. Stanislao Jesulum offerens,
10 fl. sumptus contulere Rhetores et Poëtae, maxime D. Bernardus
Freund.

Junius 1729

26. Junij Dom 3. post Pentec.

Manè in oratorio sacrū musicū pro more in hon: S. Aloysij. Conventus ordinarius post prandium, in quo post distributos statim, non lectos, Sanctos menstruos habita ad sodales de eodem Sancto exhortatio. Sacri Dominica infra octavam S. Aloysij, et S. Stanislai in oratorio legendi perpetuū privilegiū concessit R.P. Provincialis. P. Fr: Xav. Hallauer, et eius successor R.P. Magnus Aman.

Julius 1729

2 Julij: dies Sabb. festū B.V. Mariae Elisabethā visitantis.

In oratorio manè Hor: 7ma sacrū musicū, et sub eo communio omniū sodaliū in ordine, neque enim nuper in festo SS. Apost. Petri et Pauli Gymnasiū celebravit communionem in templo, uti alias solebat. Post prandiū celebratus conventus ordinarius, et habita exhortatio; solet enim nostra sodalitas aut praevenire, aut differre conventū, si eiusmodi B.V. festū incidat in Sabbathū vel diē Lunae. Finita exhortatione renovata formula ad Sanctos Patronos.

3 Julij Dom 4 post Pentec.

Nullus hodiè conventus, quia heri iā celebratus.

7 Julij: dies Jovis

Hodie pro more à nostra Sodalitate instituta supplicatio in montem Marianū, omnia peracta, ut ante annū, nisi quod in officio adstiterint etiam Sacerdoti R.P. Petro Wilhelmi Casini professori duo clerici sese ipsos offerentes ante vice Canonico. reliqua vide anno superiore.

10 Julij: Dom 5ta post Pentec.

Conventus ordinarius et exhortatio.

17 Julij. Dom: 6ta post Pentec.

Conventus ordinarius et exhortatio.

1729

Julius.

24.
Dom 7. post Pentec.

Conventus et exhortatio. Lecta poenitentia duobus minoribus syntaxistis, quod in nupero conventu sub exhortatione diu non sine scandalo garriverint, jussi sunt durante exhortatione in medio flectere.

31. Julij.
Dom 8 post Pentec
et festum S. Ignatij.

Conventus ordinarius, data bona opera et distributi S. Menstrui, recitatum subinde alterno choro officium B.V. Immaculatae, et Hymnus S. Casimiri. nullum quippe videbatur hoc anno impedimentum adesse, quo minus praeter morem aliquot annorum celebrari conventus deberet, cum multi in Triclinio Hospites fuerint adhibiti.

Augustus

7 Augusti
Dom 9 post Pentec

Conventus ordinarius et exhortatio non obstante processione Ignatiana, media tamen prima celebratus, ut spectare etiamnum sodales illam supplicationem potuerint media 2da dimissi.

14. Augusti.
Dom 10 post Pentec.

Non celebratus hodie conventus, sed dilatus in crastinum festum.

15 Augusti.
Festo Assumpt. B.V.M.

Media 7ma in oratorio accinentibus Musicis celebratum sacrum, communio tamen sacra in ordine peracta in Templo cum universo Gymnasio. Horâ prima conventus ordinarius et exhortatio, eaque finita suscepti quatuor residui Tyrones, quintus enim interea studiis valedixerat. postilenâ et Seniori oratores suum officium.

NB.

Circa hos dies cum consensu R. P. Provincialis Magni Amman congregationi nostrae supplici libello petenti R. P. Joachimus Ernst donavit geminas praegrandes imagines, labari adrister ex bacillis penicillas, quas ante octo circiter annos post missionem Ambergae celebratam reliquerant missionarij Bavarici R. P. Conradus Herdegen felicis Recordi. R. P. Andreas Boesl piae mem: et praedictus P. Joachimus Ernst nunc eiusdem Missionis Superior, olim Congregationis nostrae membrum, uti et fuit P. Conradus, munere etiam praefecti, et subin in Societate etiam officio Praesidis in eadem hac congregatione nostra functus, denique post Apostolicos plurium annorum labores fractis in ipsa missione viribus piissime et in magna virtutis singularis fama defunctus Straubingae. ut adeo singulari Numinis providentia ipse Thesaurus sacer et pia haereditas Dni in missionibus ad Rhenum celebratis a P. Conrado usurpata, per Patrem Joachimum eidem olim sodalem nostrum nobis obvenerit. Refert una imago B. V. Immaculatam, altera sodalem morientem, utraque eleganti penicillo elaborata, et ad quos frequentius motus ciendos accomodata.

Conventus ordinarius et exhortatio — 2j. Dom 11 post Pentec

Conventus ordinarius, sub quo distributis SS. menstruis et aliis bonis operibus recitatum officium defunctorum pro geminis illis P.P. missionariis piae mem. P. Andrea Boesl et P. Conrado Herdegen, a quibus imagines penicillo obvenerunt congregationi. — 20. Aug. Dom 12 post Pentec

1720.

September

4ta Septembris
Dom: 13. post Pentecost.

Conventus ordinarius, sub quo recitatum officium maius B. V. Mariae, non obstante comoediâ finali, quae nupera die Veneris primo exhibita est, cras secundò exhibenda.

8va Septembris.
festum Nativ: B. V. Mariae

Mediâ 7mâ in oratorio celebratum sacrum musicum, quo finito Praefectus Marianus renovavit cum caeteris sodalibus formulam Marianam et oblatis bonis propositis recepit sanctum menstruum pro mense octobri.

N. B.

Confectum hoc anno geminum inventarium seu catalogus. Unus universae supellectilis sacrae, in suas classes distinctus. Alter Bibliothecae Marianae, quae ex liberalitate sodalium pluribus libris aucta est.

Cum testimoniis finito anno discessere.
Ex Rhetorica. Praenob. Jos. Nicol. de Voitenberg.
Aloys. Weinberger. Michaël Raab.
Jos. Thomas Thoran discessit sine testimoniis, quae nunquam danda illi sunt
Ex Poësi. Joan. Christoph Bittner. Praenob. D. Albertus de Satzenhoffen.
Ex Maiore Syntaxi. Generos. D. Jos. Sebast. de Lochner.

Ex mi. Synt: Joan. Mich. Berg Bieller.

Reverendi Patris Praesidis successoris sui sacrificiis et omnium sodalium in Christo et Mariâ dilectissimorum precibus ardentissimè se commendat huius Congregationis per triennium Praeses indignus

P. Albertus Hofreither
Soc. Jesu.

October 1729

Præside P. Paulo Norpocke

23 Oct.

Conventus nullus ob Dedicationem n[ost]ri templi. 30.

Conventus jmus. sub quo distributi ss. Menstrui; et indicta electio novi magistratus Mariani

November. 6.

Media jma Conventus ob electionem magistratus Mariani. Tum recitatum officium defunctorum pro defunctis sodalibus. Propositi sunt in Præfectum eligendi sequentes: in Medio: Dominus Seidl. à Dextris Jos. Reger. à Sinistris D. L. Baro de Wiltenau. jmus. suffragia tulit 79, 2dus 73. 3tius 7. 13

Festum S. Stanislai: manè horâ 7tima sacrum in oratorio et comunio Sodalium accinentibus sub ea musicis. hora 1a Conventus et exhortatio, tum renovatio formulæ votivæ erga S. Stanislaum.

Ex facultate P. Rectoris ascenderunt per octiduum singulæ inferiores classes, media 10ma ad oratorium nostrum et in honorem S. Stanislai recitârunt rosarium, cum oratione de Sancto

19 Nov. hodie poſt Littanias exhibitum ad Lampades
Drama noſtris [illegible] tribus in Oratorio,
cui ſpectatores interfuere plurimi.

20 Exhibitum iterum toto Conventui Drama,
cui ſubjuncta eſt promulgatio novi
magiſtratûs Mariani, cujus catalogum
in ſeparato libro eſt legere. D.D. Logici
à noſtra tranſierunt ad Congregationem
majorem.

27. Dom. Ia adventûs Conventus. Exhortatio brevis. diſtributi
SS. menſtrui data bona opera

Decembris.

4. Dec Nullus Conventus, propter ſequens feſtum Titu-
lare B.V. ſine labe conceptae.

8. Feſtum Titulare Congregationis noſtrae. omnia
ſervata accurate aliis annis conſueta.
à prandio ad ſodales dixit P. Thomas
Schucpauer Gymn. Praefectus. interfuere
exhortationi patrum plurimi, uti etiam
alij ex Lyceo hoſpites.

11. Dec. Conventus et exhortatio. Suſcepti Tyrones,
ſyntaxiſtae minores omnes.

18. Dec. Conventus et exhortatio.

22. Tyrocinium

25. Nullus Conventus pptr. Declamationem.

1729.

Tyrocinium.	29 Dec

January 1730.

Nullus de more Conventus.	1. Jan.
Tyrocinium	3. Jan.
Tyrocinium.	5. Jan.
Tyrocinium.	7. Jan.
Conventus et Exhortatio.	8 Jan.
Tyrocinium.	10. Jan
Tyrocinium.	12. Jan.
Nullus conventus ob promulgationem Majoris Congregationis ad quam fuimus humanissime invitati.	15 Jan.
Tyrocinium.	17. Jan.
Tyrocinium.	19. Jan.
Conventus et exhortatio.	22 Jan.
Tyrocinium	24. Jan.
Tyrocinium	26. Jan.
Tyrocinium	28. Jan
Conventus. Distributi SS. Menstrui.	29 Jan.
Tyrocinium ante et post prandium.	31 Jan.
Festum Purificationis Februarius B. V.	2. Febr.
Conventus, et Exhortatio post quam suscepta 1ma pars Tyronum. mane horâ 7mâ fuimus in oratorio.	5. Febr.
Nullus conventus ob praecedens festum.	

1739.

12. Febr. Conventus et Exhortatio.

19. Febr. Conventus, et Exhortatio

26. Febr. Conventus. distributi SS. Menstrui.

Martius.

5. Martij Conventus et Exhortatio

12. Martij Conventus et Exhortatio.

19. Martij. Conventus et Exhortatio.

25. Martij: Festum Annuntiatae. mane in Oratorio media 7ta Sacrum.

26. Martij Conventus. Distributi SS. Menstrui.

31. Festum dolorum B. V. media 9na in oratorio pro more Sacrum.

Aprilis

2. April. Nullus pro more Conventus.

4 April dies Parasceves. Circa tertiam educta Supplicatio, utut tempestas et coelum fuerit pluvium. omnia piè et feliciter peracta. et circa 6tam clausum Gymnasium.

8. Sab. Sancto fuit à minore Congregatione educta pœnitentium turma. tribus ferculis, et labarijs, ac alijs personis scenicis distincta. hora 6ta clausum Gymnasium.

9. festo Pasch. Nullus pro more Conventus.

16 April Conventus et Exhortatio.

23. April Conventus et Exhortatio

1739.

Conventus. brevis exhortatio. distributi SS. 30 April.
menstrui

Majus.

7. Maij.

Conventus et Exhortatio. 14. ~~April~~ May

Conventus et Exhortatio. 21. May.

Conventus et Exhortatio. 28. May.

Conventus. distributi SS. menstrui. indicta
electio novi magistratus Mariani 4 Junij.

Junius

Conventus et exhortatio. suscepta pars
Tyronum altera. Indicta promulgatio in
sequente dominica. instituta electio. 11 Junij

Promulgatio novi magistratus Mariani. bis
exhibitum Drama, cui copiosus spectator
interfuit. Promulgationis Catalogus habetur
in libro separato. 18. Junij.

Conventus et Exhortatio, cui inchoata regularum
explicatio. 21. Junij.

Festum S. Aloysij. mane in oratorio
sacrum, cui subjuncta renovatio formulae.

Conventus. distributi SS. menstrui. 25. Junij

Julij

2 Julij.

Festum visitationis B. V. mane mediâ 8tâ
in oratorio sacrum et Communio. post
prandium conventus, et exhortatio

9 Julij. Conventꝰ et exhortatio.

16. Julij. Conventꝰ, et exhortatio.

23 Julij. Conventꝰ, et exhortatio.

30 Julij. Conventꝰ: distributi SS. menstrui.

Augustus.

6. Aug. Conventꝰ et Exhortatio.

14. Aug. nullꝰ Conventꝰ ob sequens Festū.

15. Aug. Festū Assumptionis B.V. mane horâ septima~~mo~~ in Oratorio Sacrum post prandiū Conventꝰ et Exhortatio.

20 Aug. Conventꝰ, et exhortatio.

27 Aug. Conventꝰ, distributi SS. menstrui.

September.

3 Sept. Festū Angelorū Custodū. Conventꝰ et exhortatio.

8. Sept. Festū Nativitatis B.V. Mariae. Manè horâ 7mâ in Oratorio Sacrū, quo finito renovata formula Mariana. Distributi SS. menstrui.

October 1730. Dom 2 poſt Ded.

Nullus de more conventus propter Dedicatiõem 22. oct.
noſtri Templi.

Conventus, brevis Exhortatio. diſtributi SS. 29. oct
menſtrui. indicta electio novi magiſtratus
Mariani.

November.

Conventus et Exhortatio. Cum ſubſecuta 5. oct.
electio magiſtratus Mariani. Recitatum officium 12. oct.
Defunctorum.
Horâ 7imâ in Oratorio ſacrum obſequens
feſtum S. Stanislai. à prandio Conventus,
et Exhortatio. 19.

Promulgatio. Exhibitum brevis Drama, cui
interfuêre plurimi è noſtris, et ex urbe. 21.

Feſtum Præſentationis. Horâ 7imâ in
Oratorio ſacrum. 26.

Conventus. Diſtributi SS. menſtrui. ſuſcepti
Tyrones. Syntaxiſtæ minores omnes. 3. Dec.

December

Conventus et Exhortatio nulla obſequens [illegible]. Dec.
feſtum Titulare.
Conventus et Exhortatio. à prandio mane in
Oratorio ſacrum. reliqua ut aliis annis peracta.
~~Tyrocinium~~ Conventus et Exhortatio. 1[illegible]

Tyrocinium. 16.

Conventus et Exhortatio. 17.

Tyrocinium. 20.

24. Dec. Conventus et Exhortatio. Distributi ss. menstrui.

31. Conventus, et Exhortatio nulla ob gratiarum actionem solennem in templo.

Januarius 1731.

7. Jan. Conventus et Exhortatio.

14. Jan. Conventus et Exhortatio.

21. Jan. Conventus et Exhortatio.

28. Jan. Conventus distributi ss. menstrui.

Februarius

2. Februarij Mane in oratorio sacrum, et Comunio Sodalium. post prandium Exhortatio.

4. Februarij Nullus Conventus ob praecedens festum

11. Febr. Conventus et Exhortatio.

18. Febr. Conventus et Exhortatio.

25 Febr. Conventus distributi ss. menstrui.

Martius

4. Martij Suscepti Tyrones omnes praeter 2. Exhortatio, et Te Deum Laudamus.

11 Martij Conventus et Exhortatio.

16. Festum Dolorum B. V. Mane horâ med. 10ma sacrum in oratorio.

Sabbato ſancto omnia peracta ex more. mediâ 24 Martij
tertiâ ſupplex pœnitentium agmen eduximus ad Christi
Cenotaphia, et dein circa horâ ſextam Gymnaſium
clauſum. Labara et togas flagellantium, uti et flagella
ſubminiſtravit nobis R. P. Præſes. liberalius hoc anno quam
præterito

Aprilis. 1 Aprilis

Conventus et exhortatio. 8. April.
Conventus et exhortatio. 15 April.
Conventus et exhortatio. 22 April.
Conventus. diſtributi ſſ. menſtrui. 29. April
Conventus et Exhortaõ

Majus

Conventus et Exhortaõ et electio novi magiſtratus 6. Maij
Nullus pro more conventus. 13 Maij
Conventus et Promulgatio. exhibitum fuit pium 20 Maij.
Drama ſpectatoribus ex urbe et Collegio ſat copioſis
Conventus et exhortaõ et diſtributi ſſ. menſtrui. 27 Maij.

Junius

3 Junij
Conventus et exhortaõ
Conventus et exhortatio 10 Junij
Conventus et exhortatio 17 Junij
Conventus ~~et exhortatio~~ diſtributi ſſ menſtrui 24 Junij

Julius

Conventus et exhortatio 1 Julij
Inſtituta ſupplicatio more aliis annis conſueto 3. Julij
in montem Marianum.

8 Julij Conventus et exhortatio.

15 Julij. Conventus et exhortatio

21 Julij: Conventus distributi SS. menstrui.

29 Julij: Conventus et exhortatio.

Augustus

5 Augusti Conventus et exhortatio

12 Augusti Conventus et exhortatio

19 Augusti Conventus et exhortatio   15 Augusti sacrum in oratorio h. 7

26 Augusti distributi SS. menstrui

September

2 Septembris Conventus et exhortatio

8 Septembris mane in oratorio h. 7 sacrum postea renovatio formulae Marianae.

Annus novus Scholasticus 1731

October

21 Octobris Nullus pro more Conventus propter templi nostri Encenia. distributi SS. menstrui

28 Octobris Conventus ~~recitato officio defunctorum~~

November

4 Novembris Conventus recitatum officium defunctorum.

11 Novemb. Conventus electio novi Magistratus maioris. recitatum rosarium pro benefactoribus insignibus

13 Nov. festum S. Stanislai hoc anno non potuit in oratorio celebrari sed solum infra octavam

18 Nov. mane 7ta sacrum in honorem S. Stanislai post prandium Conventus et exhortatio ac renovatio formulae.

mane media septima in oratorio sacru' fuit festu' 21 Nov.
B. V. praesentatae. 25. Nov.

nullus conventus propter declamationem Rhetorum. 30 Nov.
Promulgatio novi magistratus Mariani, exhibitum
piu' Drama bis ad lampades praesentibus semper copiosis
spectatoribus

December. 2 Dec.

Conventus exhortatiuncula et invitati sodales ad
recollectione' triduana' distributi SS. menstrui. 3 Decembris
Hodie sub vesperum media 4ta initiu' factum
recollectioni, quae hodie magno fervore coepta,
et 6ta Decembris maiore fructu et fervore
finita est. omnia peracta ut praecedentibus
annis: de quibus vide 1728 22 Martij. 8 Decembris
Festum Titulare celebratum est eo solennitate
et ordine, quo alijs annis celebratu' fuit.
ad sodales post prandium dixit P. Leopoldus
Städler Casuum Professor.

Januarius 1732 6. Januarij.

Conventus et Exhortatio. 13 Januarij
Nullus Conventus propter promulgatione' congregationis Civicae. 20 Januarij
Conventus et exhortatio — — — 27 Januarij
Conventus distributi SS. menstrui — — —

Februarius 3. Febr.

Conventus et Exhortatio. 10 Febr.
Conventus et Exhortatio.

1732
17 Febr. Conventus et exhortatio.

24 Feb. nullus conventus propter comprecationem 40 horarum in nostro templo. processit tamen à congregatione consueto ordine, et tempore ad comprecationis horam

Martius

2. Martij Conventus et exhortatio

9 Martij Conventus et exhortatio.

16. Martij Conventus et exhortatio.

23. Martij Conventus et Exhortatio

25 Martij. mane mediâ 7imâ Sacrum in oratorio.

30 Martij Conventus et exhortatiuncula distributi SS. Menstrui

Aprilis

6 Aprilis Dominica palmarum nulla pro more exhortatio

8. Aprilis Cepta hoc anno sub hoc tempus construi fercula pro die Parasceves; quamvis hoc processio nihil ad Praesidem minorem; cum tamen soleat invitari à P. Praeside Congregationis Civicae, solet etiam ipse operam huic Congregationi in faciendo processu locare; cui et P. Praeses Dominorum ~~in~~ die sabbati sancti soleat labara, et alia utensilia commodare Congregationi minori.

12. Aprilis horâ 2dâ instituta pulchro et decenti ordine supplicatio quam debebant omnes sodales in classes distincti comitari. novum hoc anno et elegans exstructum ferculum Matris Dolorosae portatum à sodalibus. Circa mediam 3tiam reducta supplicatio altero ad Conotaphium Dñi sub sextum clausum gymnasii.

Dominica Resurrectionis ej Dñi nulla pro more Congregāo 13 Aprilis

Conventus et exhortāo. 20 Aprilis

Conventus et distributi SS. Menstrui. 27 Aprilis

Majus.

Conventus et exhortatio 3. Maij.

Conventus et exhortatio 11. Maij.

Conventus et exhortatio 18. Maij.

Conventus distributi SS. Menstrui. 25. Maij

Junius.

Dominica Pentecostes nullus Conventus ob Declamatōem 1. Junij.

Conventus et exhortatio. 8. Junij.

Conventus et exhortatio. 15. Junij.

Conventus et exhorta 22. Jun

Distributi SS. Menstrui. 29. Jun.

Julij

1 Julij

indictum in Oratorio sacrum in sequente Dominica
propter festum B. V. Visitantis. ite processio in monte 3. Julij
Marianum.

supplicatio ivit more aliis annis consueto Congre
gatio ad montem Marianum oia peracta more aliis
annis consueto. 5 Julij

media prima in oratorio sacrum. post prandium
exhortatio. 13 Julij

Conventus et exhortatio. 20 Julij.

Conventus et exhortatio

27 Julij Conventus distributi SS. menstrui et data bona opera.

Augustus.

3. augusti Conventus et exhortatio

10 Augusti. Conventus et exhortatio 15. aug. mane in oratorio sacrum

17 augusti Conventus et exhortatio

24. aug. Conventus distributi SS. menstrui.

31. aug. Conventus et exhortatio.

September.

8. Sept. mane in oratorio sacrum, tum renovatio formulae Marianae, dein distributi SS. menstrui et sodales ad vacationes salutaribus monitis instructi.

Novus annus Scholasticus 1732.

26 Oct ~~Nov~~. Conventus distributi SS. menstrui lecto adventantium sodalium testimonio.

Novembris

2. Nov Recitatum officium defunctorum pro defunctis sodalibus. infra hebdomadam exequiae pro iisdem

9. Nov. Dom. 23. post Pentec. Conventus exhortatio electio novi magistratus Mariani. propositi 1us Wolfgangus Schmid. 2. Josephus Vogele. 3. Joan. Georg. Keller 1us tulit potissima vota et suffragia. Suscepti aliqui in Tyrocinium

Dom. 24 post Pentec. Conventus exhortatio. 16. Nov

Festũ præsentationis B.V. more in Oratorio 21 Nov
media qᵃ sacrũ pro more, qui mos observatur
in singulis festis B.V. et S. Stanislai, atq
S. Aloysij. 23. Nov.

Dom. 25 post Pentec. Convent. data bona
opera, distributi SS. menstrui. 30 Nov

Dom. j. Adventus Promulgatio novi
magistratus Mariani. exhibitus prius dialogg.
pridie etiã pro nostris Suscepti Tyrones

December

7. Decemb

Dom. 2. adventus nullus conventus ob imminens
festũ titulare. 8. Decemb.

Festũ Immaculatæ Conceptionis B.V. et Con-
gregationis titulare omnia peracta more
alijs annis consueto. ab hoc tempore,
usque ad festũ Purificationis B.V. Mariæ,
singulis hebdomadis bis, aut etiã subinde
ter Tyrones instructi in Tyrocinio

Dom 3. adventus. Conventus Exhortatio. 14 Decemb.

Dom. 4ta Adventus Conventus Exhortatio. 21. Decemb

Conventus distributi SS. menstrui 28. Decemb
Dom. infrã octav
Nativitatis

Januariꝰ

4 Jan. Conventꝰ et Exhortatio. Lecta ſuffragia ob aliis Confoederatis Congregationibꝰ ſubmiſſa.

ij. Janua nullꝰ Convent. et Exhortatione. Lecta ſuffragia ob promulgatae Congregationis Civilis.

18. Jan. Conventꝰ et Exhortatio

25. Jan. Conventꝰ Diſtributi SS. menſtrui Lecta ſuffragia aliunde ſubmiſſa.

Februariꝰ.

j. D. Septuageſimae nullꝰ Conventꝰ ob ſequens Feſtum Purificationis B. V.

2. Feſtum Purificationis B. V. mane Mediâ extra in oratorio ſacrū. poſt prandium horâ jâ Exhortatio, qua finita ſuſcepta ja pars Tyronum.

8. Dom. Sexag. Conventꝰ et Exhortatio

15. Dom. Quinquag. nullꝰ pro more Conventꝰ, ob comprecationem 40 horarum in noſtro templo, ad quod etiam ſupplici ordine Congregatio ad comprecandum proceſſit.

22. Dom. ja Quadrag. Conventꝰ. Diſtributi SS. menſtrui.

Martiꝰ

ja Martij Dom. 2. Quadrag. Conventꝰ et Exhortatio

Dom. 3. quadragesimæ Conventus et Exhortatio 8 Martij

Dom 4to quadragesimæ Conventus et Exhortatio 15 Martij

Dom. 5ta Conventus distributi Sti menstrui 22 Martij
et data bona opera.

Festum Annunciationis B. V. Mariæ. manè 25 Martij
mediâ primô sacrum in Oratorio horâ 1mâ
Conventus et Exhortatio. fuit suscepta 2da pars
Tyronum.

Dom. Palmarum nullus pro more Conventus 29. Martij

Aprilis

2do Aprilis

~~Festum~~ Dies Parasceves. hoc anno Congrega-
tio minor seu potius Præses illius nullam partem
nec laborum nec sumptuum habuit, quamvis
à P. Præside Majoris fuerit probe invitatus
noluit hunc laborem in se suscipere P. Rector
propter tricas vix non singulis annis è
Congregatione Dolorosæ motas.

3 Aprilis

Sabbato Sancto eduxit Congregatio duo poeni-
tentium agmina cum Labaris et feretro uno
ad Xi Cenotaphia

5 April Dominica Resurrectionis nullus de more conventus

12 April Dom. 1a post Pascha Conventus et Exhortatio

19. April Dom 2da post Pascha Conventus et Exhortatio

26. April Conventus distributi S. menstrui

Majus

3. Maij. Dominica 4ta post Pascha. Conventus. Electio novi Magistratus Mariani. Exhortatio brevis. Propositi à consultoribus Martinus Ludovicus Braun in medio. Joan. Georg. Meiller à dextris Ignatius Reisenegger à sinistris. primus potissima tulit suffragia.

10. Maij. Conventus. Exhortatio.

17. Maij Dom. 6. post Pascha. Conventus Exhortatio

24 Maij Festo Pentecostes nullus conventus propter declamationem instantem, et erectum in Congregatione theatrum

31 Maij Festo S. Trinitatis Promulgatio novi Magistratus Mariani.

Junius

4ta Junii Festo Theophoriae comitatum est processione Cereulis Marianis cum Scipionibus praecedente Cruce Congregationis geminante Symphoniastes minores 7. Junij

Dom. 2da post Pentecosten. Conventus et Exhortatio 14. Junij

Dom. 3tiâ post Pentecosten. Conventus et Exhortatio

Dom. 4ta post Pentec. Festum S. Aloysij. mane medio 7ma sacrum in oratorio. horâ 1a Conventus et Exhortatio 21. Junij

Dominica 5ta post Pentec. Distributio SS. menstrui 28. Junij

Julij. 2. Julij

Festum Visitationis B. V. mane horâ 5ta nullum in oratorio sacrum ob solennitatem in Monte Mariano, ad quem plerique sodales mane solent ascendere. 5ta Julij

Dominica 6ta post Pentecosten Conventus et Exhortatio. indicta peregrinatio in montem Marianum in sequente die Jovis 9 Julij

mane medio 5ta processit ex Gymnasio Congregatio decoro ordine in templum ad accipiendam SS. Benedictionem. tum supplici agmine processit ad montem cum tibijs ferculis more alijs annis consueto.

12 Julij Dom. 7. post Pentec. Conventus et Exhortáo

19 Julij Dom. 8. post Pentec. Conventus et Exhortáo

26. Julij Dom. 9. post Pentec. Distributi SS. Menstruij

Augustus

2. Aug. Dom. 10 post. Pentec. Conventus et Exhortáo

9. Aug. Dom. 11.ma Conventus et exhortáo.

15. Aug. Festo Assumptionis B.V. mane media 7ta in Oratorio Sacrum post prandium Conventus et Exhortáo.

16 aug. Nullus Conventus ob praecedens festum

23. aug. Conventus et Exhortáo.

30 aug. Dom. 14. post Pentec. distributi SS. Menstrui.

September.

8. Sept. Festo Nativitatis B.V. mane in Oratorio Sacrum distributi SS. Menstrui renovata Mariana formula

Novus Annus Scholasticus
Praeside P. Ant: Jäger.
1733

October. — October

Dominica 22da post Pentec: Nullus Conventus propter Encaenia Nri Templi. distributi privatim per Scholas SS. Menstrui. — 25

November — Novemb

Dnca 23. nullus itidem Conventus ob Festum SS. Omnium. quo die iam hora 1a decantantur in Templo Vesperae — 1.

Die Jovis hora 7. parentatum est in Templo, unà cum Congregatione Civica, defunctis ex Coetu Nro Sodalibus. — 5

Dnca 24ta Conventus Ordinarius, ast 1mus sub quo Recitatum, praeeunte Praeside Officium Defunctorum. — 8.

Dnca 25ta Mane med: 7. Lectum à Praeside Sacrum in Oratorio assistentibus Sodalibus, in honorem D. Stanislai. horâ 1ma pomeridianâ Conventus. Exhortatio, Renovatio formulae, quâ se Divo Tutelari suo devovere Sodales. — 15

November.

22. Dnca 27. post Pentec: Conventus. distributi SS. Menstruj. Electio Novi Magistratus Mariani. Propositi in Medio Josephus Obelacker. Jacobus Beck. Adamus Wild Rhetores. primus pro Praefo omnes pene calculos, et suffragia tulit.

29. Dnca Adv: Nullus Conventus ob pridie extructum in Oratorio Theatrum.

December

December.

6. Dnca 2da Adventus. Promulgatio Novi Magistratus Mariani, pridie iam exhibita Scena; placuisse ultra mentem ipsa copiosissimum, et nobilem spectatorem attraxit. Ipsa adhuc die sub vesperum remotum est Theatrum, ob pone iminens Festum Titulare. Moniti Sodales de Confessione annua.

8. Festum Tituli Sodalitatis Nostrae. Instituta pro more aliorum annorum 10 hor: Congregatio, missis in tempore schedis ad PP. Franciscan: et in Parochiam, quibus invitabantur Externi quoque ad Solennitatem. Datum hinc initium mane hora 6. dum in Hierotheca majore exponeretur Deus Euchar: horâ 7ma Sacrum in Oratorio legit Praeses quo sub Sodales omnes, et non pauci alij S. Synaxim celebrarunt. Hora 9na Sodalitas universa in Corpore, ut fieri mos est ad Templum praeeunte Congr: Senio. R. et Ductorib:

December

processit, et eodem ordine post finitum officium rediit ad Gymnasium. Officium ac Sacrum solenni cantu reddidit P. Jos: Veillacher Mystes Ordinarius, et Officiator dem. Sij, assistentibus geminis Diac. et Sub-Diac. ad Sacri id muneris invitatis. Horâ 1ma Conventum [illegible] in Oratorio. Ad Sodales Sacramentum Dnî sua instauraturos dixit Praeses, qui antea Collegij Patres invitaverat. R. P. Rector honorem solemnitati habuit cum nonnullis ex Collegio P.P. et Magris omnibus. Horâ 3tia ad Vesperas eâ, quâ mane ad Cem Divinam serie Sodalitas accessit. Subjuncta vesperis Litania Xaverij: finem comprecantibus imposuere, non tamen Externis, qui in Oratorium per totum diem admissi frequentes semper aderant, ac diu in vesperem, ut ante 5tam devotioni non fecerint satis; hinc claudi etiam Gymnasium haud potuerit.

Dnîca 3tiâ Advent: Conventus, Exhortatio cum paraphrasi in leges Sodalium, ex more aliás legi post instaurationem Magistratus Mariani solitas. 13.

Dnîca 4ta Adventus. Conventus Ordinarius. Exhortatio. 20

Dominica infra Octav: Nativitatis Conventus. post Exhortationem brevem distributi SS. menstrui; data Bona Opera. 27.

Annus 1734 Januariꝰ

Januariꝰ annj 1734

3. Dnica 1ma Conventus, Exhortatio.

10 Dnica 2da Conventꝰ, Lecta Suffragia defctorm Sodalium aliunde submissa. Exhortatio.

19 Dnica 3tia Nullꝰ Conventꝰ propter Magistrꝰ Mar: Promulgatæ Congreg: Civic:

24 Dnica 4ta Conventꝰ, Exhortatio; distributi Menstrui, data B. O.

26 ~~24~~ Instituta Processio supplex à Sodalitate, et Gymnasio ad Sacellum extra Urbē D. Sebastiano Martyri dicatum.

31 Dnica 5ta Conventꝰ, Exhortatio Instructi per Seniores hebdomadas commodis diebꝰ Tyrones

Februariꝰ

Februarius.

2 Festo Purificatæ Virginis non lectum in Oratorio Sacrum, ubi quo Sodales S. aliis solent celebrare Synaxin. Præses erat impeditꝰ officium cantaturꝰ in templo, et ob id de festo subrogari aliꝰ non potuit. Quare Sodales in templo S. Comunionem frequentare jussi sunt.

7 Dnica 1ma Conventꝰ, Exhortatio

Dnca 2da Conventus. Exhortatio 14.

Dnca 3tia Conventus Exhortatio 21

~~Dnca 4ta Eodem modo.~~

Dnca 4ta Conventus Exhortatio. 28
distributi S. Menstrui, data bona opera.
Instructi infra Hebdomadas Tyrones.

Martius — Martius.

Dnca Quinquagesimæ. Nullus Conventus, quia altera die Comprecati sunt Sodales per horam in Templo, more aliorum annorum. 7

Dnca Quadrages. Conventus. Exhortatio 14

Dnca 2da Conventus Exhortatio 21.

Festo B. V. ab Angelo salutatæ 25
Sacrum solemne in Oratorio, sub quo Celebrata ab Sodalibus S. Synaxis

Dnca 3tia Conventus. Exhortatio 28
distributi S. Menstrui. data B. O.
post Exhortam primâ parte Tyronum. — Tyrones Suscepti

Aprilis. — Aprilis

Aprilis 4 Dnca 4ta Q. Conventus, Exhortatio indicta, et persolutæ preces finito Conventu pro ægrotis Sodalibus N. de M. &c.

11 Dnca 5ta Q. Conventus, Exhortatio, distributi Menstruj, datæ bona Opera, continuatæ preces pro salute Sodalium ægrotantium.

18 Dnca Palmarum, Nullus Conventus.

16 die Veneris præcedente dictum in Oratorio Septem med: de honoribus, et doloribus Matris sub + filiũ plangentis, quiescebant etiam Scholæ minores Syntaxj.

23 Die Veneris Sancto ductu solemnior à prandio per plateas pænitentium agmen, ferculis distinctum gestatoriis.

24 Sabbato Sto à meridie civica quædam pænitentes iterum processere, sed non Sodales Congr: Stud: hi enim distincto agmine Dño Xpisto ac mortuo parentantes Cænotaphia Dnj invisere. Si mos iste placeat retinerj, facile poterit abstinere processus labore in die Veneris superiore suscipj solito, cum in compensationem operis sui nisi molestias ferat: nec Congregatio major quidquam conferat sumptuum, qm ut flagella

et togas commodet in usū alterius diei; nec fere omnes, solutione autē pro lavandis togis, et flagris suis relinquat Congregationi minori Sub. Et nemo tamen Sodalium exercere se poterit poenitentiae opere, cum non nisi Sodales majoris iterum sibi parari omnia postulent. Quid statuendum porro sit expertus facile intelliget. Aprilis

Dnica Resurrectionis Conventus nullus, altera die declamatio Rhetorum Quando mareq Pascha dabit &c 25

~~Dnca 1ma post Pascha.~~

Maius

Maius

Dnica 1ma post Pascha. Conventus. Exhortatio. 1.

Dnica 2da Conventus. Exhortatio. 9

Dnica 3tia Conventus, Exhortatio. 16

Dnica 4ta Conventus, Exhortatio. 23

Dnica 5ta Promulgatio novi Magistratus Mariani absque praemio Dramate, quod exhibitum intra hebdomadam sed Septimana sequente, distributi S. menstrui privatim. 30

Junius.

Junius

6 Dnca 6ta post Pascha. Conventq, Exhortatio.

13 Dnca Pentecostes. Conventq nullus, Declamatio Rhetorum die Lunae Judicium Paridis correctum.

20 Dnca SS. Trinitatis. Conventq, Exhortatio.

Ejectq Sodalis [illegible] Syndici huj

21. Festo S. Aloysii Sacrum in Oratorio med: 7a

27 Dnca 2da post Pentec: post diligentem, et diuturnam instructionem admissi Tyrones.

Tyrones suscepti.

Julius.

Julius

2 Festo B. V. Visitantis propter Solennitatem Saecularem celebratam in monte Virginis Auxiliatricis nullum Sacrum in Oratorio, nec sumpta ibidem, sed in Templo ab Sodalibq S. Synaxis.

4. Dnca 3tia post Pent: Conventq, Exhortatio

10. Die Jovis processit Sodalitas agmine solenni Matre sua in monte Aux: propitiam veneratura, obtulit mnemosinon Missale Romanum pretio 17 fl.

11. Dnca 4. Conventq, Exhortatio

71 1734

Julius.

Dnica 5ta poſt Pent: Conventus, Exhortatio, 10

Dnica 6ta Conventus, Exhortatio, Menſtrui diſtributi, bona O. data. 25

Auguſtus

Auguſtus

Dnica 7. P. Conventus, Exhortatio. 1

Dnica 8va Conventus, Exhortatio 8

Dnica 9na Feſtum B. V. Aſſumptae celebratum in Oratorio. Sacrum Solemne Synaxis et in templo ſumpta, quia erat Gymnaſio ſimul praeſcripta. Exhortatio, et Conventus a prandio. 15

Dnica 10.ma Conventus, Exhortatio 22

Dnica 11ma Conventus, Exhortatio diſtributi Menſtrui data bona O. 29

September

September

Dnica 12 poſt Pentec: Conventus, Exhortatio, qua Sodales praeparabantur, et ecitabantur ad Vacationes rite ac pie tranſigendas, lecta monita Lie autmnali ſenato ſervanda. diſtributi poſt Conventum Menſtrui pro Menſe Octobri 5

October.

Novus Annus Scholasticus
Præside Eodem.

October

24. Dnca 19 post Pentecostem: Conventus nullus propter Encoenia templi huj.

31. Dnca 20. Conventus 1.mus Exhortatio. distributi Menstruj, data Bona Opera. Lecta Sodalium Nomina, qui, cum Testimoniis aliunde ad Congr: nrâ accessere.

November.

November.

5. Die Veneris celebravit Sodalitas nrâ Exequias in templo nro hora 7. cum Congregatione Maj: pro defunctis Sodalibg.

7. Dnca 21. post Pentec: Conventus, sub quo anniversario more recitatum est Officium pro defunctis Sodalibus.

Cc

13. Festum S. Stanislai 2darij Congreg: nrâ Patroni. hanc media 7ma lectu in Oratorio Sacrum Solemne. aderant eo præscripto Sodales Omnes

6

14. Dnca 22da post Pentec: Conventus, Exhortatio de D. Stanislao, qua finita restaurata est formula D: Koponibg initiatâ. Indicta Electio novi Magistratus Mariani.

Dnca ultima post Pentecosten. Festum B. V. Mis in templo praesentatae nullum in Oratorio sacrum mane, cum primum ante octiduum ibidem sit celebratum, et Praeses officium cantavit invitatus a Praeside Militum Festum titulare Congregationis suae celebrantium. A prandio Conventus; instituta Electio Novi Magistratus Mariani: propositi ad Praefecturam: Georgius Obersperger. Xaverius Eustachius Weinzierl. Ignatius Eder. Rhetores. 22. Novbris

Cum testimoniis Sodalitatis nrae accesserunt Dnn: Hermenegildus de Junck et Ernestus Fratres, item Dn: Joannes Georgius Fromb. Rhetores.

Dnca 1ma Adventus. Nullus Conventus ob extructum iam theatrum ad promulgationem Novi Magistratus Mariani ab octiduo hinc celebrandam. 29.

December

December.

Dnca 2da Adventus. Promulgatio Novi Magistratus Mariani. Catalogum videre licet in folio separato. Praemisso Dramati spectatores adesse dignati sunt Ill. praeter alios etiam A. R. P. Provincialis cum Socio suo, A. R. P. Rector, magna caeterorum corona Patrum 6ta

December

8 Festum Immaculatae Conceptionis Titulare Sodalitatis nrae, celebratum more aliis annis consueto. Ad renovaturos in Oratorio Sodales dixit P. Praeses; praeivere Patres aliquot cum 5 Mgris Gym: aderant etiam frequentes alii non Sodales. Mane ad aram stetit et accumbentibus Mensae Sodalibus Cibum Divinissimum ministravit R. P. Socius Provincialis P. Rudolf: Burckhart, quondam Congr: nostrae Sodalis.

Formulam itidem suam hoc anno renovavit Illm. Rdus ac Amplmus D. Bernardus Wagner, Praepositus in Waldhausen, et Senior, [illegible] qui litteras ad Praesidem dedit cum argenteo formulae adjecto pondere. Festum accedentibus atque assistentibus omnis ferè et conditionis viris externis, Oratorium stetit ad ostia usque refertum. Officium hora 9 cantavit P. Praeses Diacono et Subdiacono assistentibus, quibus et honorar: loco datum.

12 Dnca 3tia. Nullus Conventus propter exhortationem, et Conventum Festo Titulari celebratum.

19 Dnca 4ta Adventus. Conventus, exhortatio, Subin Leges Sodalitatis legendo repetitae. Admissi 1ma vice ad Oratorium Tyronum pars 1ma.

1735

December 26.

Feſtum Matris doloroſę Hebdomade procedente celebratum Sacro media 10.ma lecto. Sacrum autem illud legit R. P. Rector Michaël Bauer.

Sabbatho Sancto
28. Martii
circa horam 2.dam eductum cum Congregatione maiore pœnitentium agmen ad Cenotaphia Domini; quia autem P. Præſes maioris Congregationis aiebat, in suo Diario ſcriptum legi, ut quolibet congregatio ſeparatim incederet, ideo nobis Sociales Muſicos omnes vindicavimꝰ, quibꝰ deinde datꝰ hauſtus.

Dom. Reſurrect.
29. Martii.
Nullus pro more Conventus.

Dom. in Albis
5. Aprilis
Hodie celebravit Maior Congregatio Feſtum Titulare, ad quod noſtra Semper invitatur.

Dom. II. poſt Paſcha
12. Aprilis.
Conventus Ordinarius. Exhortatio. diſtributi S. Menſtrui pro Menſe Aprili.

Dom. III. poſt Paſcha
19. Aprilis.
Conventus Ordinarius. Exhortatio.

Dom. IV. poſt Paſcha.
26. Aprilis
Conventus Ordinarius. data bona Opera, et diſtributi S. Menſtrui: instituta item Electio novi Magiſtratus Mariani. propoſitus in medio fuit Joſephus Pettencover Rh. à dextris Joſepho Ziegler Rh.: à ſiniſtris Bar. Chriſtian. Lud. Sigism. de Gravenreüth Rh. primus potiſsima Vota tulit.

Dom. V. poſt Paſch.
3. Maij
Nulla Congregatio haberi potuit ob exſtructum Theatrum pro futura Promulgatione.

Sabbatho 9. ~~Aprilis~~ Maij
Prima vice poſt Lytanias exhibitum fuit Drama Marianum: cui Titulus: Pœna Pœnitentiæ dilata.

Dom. VI. poſt Paſcha
10. ~~Aprilis~~ Maij
Horâ 1.mâ iterum exhibitum fuit Drama, cui præmiſsa fuit Promulgatio novi Magiſtratus.

Dom. Pentecoſtes
17. Maij
Nullus pro more Conventus.

Conventus Ordinarius. Exhortatio de observatione Regulari.	Dom. SS. Trinitatis 24. Maij.
Conventus Ordinarius. data bona Opera et distributi SS. Menstrui.	Dom. II. post Pent. 31. Maij
Conventus Ordinarius. Exhortatio.	Dom. III. post Pent. 7. Junii.
Conventus Ordinarius. Exhortatio.	Dom. IV. post Pent. 14. Junii
Conventus Ordinarius. Exhortatio.	Dom. V. post Pent. 21. Junii.
Conventus Ordinarius. data bona Opera, et distributi Menstrui SS.	Dom. VI. post Pent. 28. Junij
Conventus Ordinarius. Exhortatio. Procedente hebdomade 2da Julii Festo Visitationis B. V. mediâ 7mâ lectum fuit Sacrum in Oratorio Mariano à Sacerdote Seculari.	Dom. VII. post Pent. 5. Julii.
Instituta consueta supplicatio in Montem Marianum. omnia observata fuere, quae aliis annis. in geminis aris lateralibus lecta Sacra unum à Nostro Sacerdote ad id invitato, alterum à Sacerdote Seculari, qui sponte se obtulit.	Die Jovis 9. Julii
Conventus Ordinarius. Exhortatio.	Dom. VIII. post Pent. 12. Julii
Conventus Ordinarius. Exhortatio.	Dom. IX. post Pent. 19. Julii
Conventus Ordinarius. data bona Opera, et distributi SS. Menstrui	Dom. X. post Pent. 26. Julii.
Conventus pro more aliorum annorum nullus ob indulgentias Portiunculae et Processionem in honorem S. Ignatii.	Dom. XI. post Pent. 2. Augusti.
Conventus Ordinarius. Exhortatio	Dom. XII. post Pent. 9. Augusti.
Procedente Sabbatho, quo celebrabatur festum Assumptionis B. V. M. mane horâ 7.mâ Sacrum in Oratorio Mariano. die Dominica insequente Conventus ordinarius, sub quo recitatum Officium maius B. V.	Dom. XIII. post Pent. 16. Augusti

1750.

Dom. XIV. poſt Pent.
23. Auguſti.
Conventus Ordinarius. Exhortatio, cuius materia Regulæ Sodalibus Tempore Vacationum obſervandæ.

Dom. XV. poſt Pent.
30. Auguſti.
Conventus ultimus. bonorum Operum loco oblata B.mæ Virgini pia propoſita. Diſtributi S. Menſtrui pro Menſe Septembri et Octobri.

Cum Teſtimoniis abiere

Franc. Joseph. Rueff Rhetor.
Franc. Anton. Dereath Rhetor.
Martinus Franck Poëta
Jacobus Werner Rhetor.
Chriſtophorus Pulling Rhetor.
Wolfgangus Müller Poëta.
Bron. Wolfg. Aloyſius de Velborn Rhetor 1749.

Novus Annus Scholaſticus
Præſide P. Petro Pugnetti

Dom. 23. poſt Pent.
25. Octobris.
Nullus pro more Conventus ob dedicationem Templi noſtri.

Dom 24. poſt Pent.
1. Novemb.
Nullus Conventus; quia horâ primâ celebrabantur Veſperæ, quibus ſubiunctum Officium Defunctorum.

5. Novembris.
habitæ Exequiæ cum Congregatione Maiore pro defunctis Sodalibus. dati denuo et repetiti octo Cerei pro Aris lateralibus.

Dom. XXV. poſt Pent.
08. Novembris
Conventus Ordinarius. Diſtributi SS. Menſtrui pro Menſe Novembri. inſtituta etiam fuit electio novi Magiſtratûs Mariani. In medio propoſitus fuit Ant. Jos. Luſtner Rh. tulit 09. ſuffragia. à dextris Philippus Stingl Rh. tulit 41. à ſiniſtris Georg. Schlaffer: tulit 20. vota. recitatum etiam fuit Officium Defunctorum.

Dom. 26. poſt Pent.
15. Novembris.
Nullus haberi conventus potuit ob exſtructum Theatrum pro futura Promulgatione.

1750.

Dom. Ult. post Pent.
22. Novemb.

Cum Sabbatho exhiberi non potuerit Drama ob Festum Præsentatæ Virginis, quod Titulare est Congreg. Militar. ideo prima vice exhibitum fuit feriâ 6.ta post Litanias accensis lampadibus et luminibus. adfuit inter alios Spectatores R. P. Georg. Hörman Soc. R. P. Provinc. hac autem Dominicâ fuit altera vice exhibitum præmissa tamen Promulgatione novi Magistratus Mariani.

Dom. I. Advent.
29. Novemb.

Conventus Ordinarius. explicatæ Regulæ. Syntaxistæ minores admissi in Tirocinium cum duobus Poëtis. distributi S. Menstrui et data bona Opera. recitatum: Te Deum laudamus.

Dom. II. Advent.
6. Decemb.

Nullus conventus ob instans Festum Titulare. missæ etiam Schedæ denunciatoriæ Festi nostri, altera in Parochiam, altera ad RR. PP.^{es} Franciscanos: tertia affixa valvis Templi nostri.

Dies Martis
8. Decembris.

Hodie celebratum fuit Festum Tituli Congregationis nostræ pro more aliorum annorum. horâ sextâ, quando expositum fuit S.^{mum} facta est Musica per totam Missam. reliqua ut aliis annis. Exhortationem exquisitam habuit P. Josephus Angerer Prof. Casuum. ad officium invitatus fuit Ordinarius Templi Officiator P. Franc. Xav. Planck Proc. Dom. cum duobus Levitis. in Oratorio à Prandio comparuere R. P. Rector, plurimi Patres ac Magistri. mane horâ 7.^{mâ} post Sacrum fuit Comunio Sodalium in Ordine in Oratorio Mariano. Invigilandum Sacristanis sub noctem vigilantibus, ne plures in Gymnasium admittant, nec tumultus excitent cum scandalo vicinorum, prout hoc añо factum.

Dom. III. Advent.
13. Decemb.

Conventus Ordinarius: Exhortatio.

Dom IV. Advent.
20. Decemb.

Conventus Ordinarius. Exhortatio. distributi S. Menstrui et data bona Opera.

Dom infra octavas
Nativitatis

Nullus Conventus ob Declamationem Poëtarum.

Annus 1751.

1751.

Dominica: Vacat. 3. Januarij	Conventus Ordinarius. Exhortatio.
Dom. infra Oct. Epiph. 10. Januarii	Conventus Ordinarius. Exhortatio.
Dom. II. poſt Epiph. 17. Januarij.	Conventus Ordinarius. Exhortatio.
Dom. III. poſt Ep. 24. Januarij.	Conventus Ordinarius. data bona Opera: diſtributi S. Menſtrui
Dom IV. poſt Epiph. 31. Jan.	Conventus fuit dilatus in diem Martis.
Feſtum Purif. B.V.M. 2. Februarii	Media 7ma Sacrum in Oratorio Mariano. à prandio Conventus Ordinarius. Suſcepti praeter duos Poëtas Syntaxiſtæ min. omnes. habitæ geminæ Orationes à duobus Oratoribus. Decantatus Hymnus Ambroſianus..
Dom. Septuageſ. 7. Februarij	Conventus Ordinarius. Exhortatio.
Dom. Sexageſ. 14. Februarij	Conventus Ordinarius. Exhortatio.
Dom. Quinquageſ. 21. Februarij	Nullus pro more Conventus. die ſereno tamen hora 2da usque ad tertiam celebravit Congregatio in Templo noſtro conſuetam alijs annis comprecationem coram Ven. Euchariſtico.
Dom. I Quadrag. 28. Februarii	Conventus ordinarius data bona Opera et diſtributi S. Menſtrui.
Dom. II. Quadrag. 7. Martii	Conventus Ordinarius. Exhortatio.
Dom. III. Quadrag. 14. Martii	Conventus Ordinarius. Exhortatio.
Dom. Lætare 21. Martii	Nullus Conventus propter Solemnem Promulgationem Congregationis Majoris nobis confœderatæ.
Dom. Paſsionis 28. Martii	Conventus pro more nullus ob feſtum Titulare Congregat. de bona morte
Dom. Palmarum 4. Aprilis.	Conventus nullus.

Feria 6ta ante Dominicam Palmarum celebrabatur in oratorio Mariano Festum Matris Dolorosæ. Sacrum Legebat Med: [illegible] Decima, ad aram operante P. Jos. Hugerer Prof. Cas. adfuere Multi Patrum et Magistrorum.	Festum Matris Dolorosæ 2. Aprilis
Sabbatho Sancto adivit Sodalitas cum poenitentibus ad Cenotaphia Dni. vide annum 1749 30 Martij.	Sabbatum Sanctum 10 Aprilis
Nullus pro more conventus.	Dom. Resurr. 11 Ap.
Conventus ordinarius. Exhortatio.	Dom: in Albis 18 April
conventus ordinarius. Ita Bona opera: et distributi SS. Menstrui	Dom. 2. post Pasch. 25 Ap.
conventus ordinarius. Exhortatio, postquam instituta Electio novi Magistratus Mariani: in Medio propositus est Jo: Nep. Maderer. à Dextris Georg: Schlosser. à Sinistris Philippus Plingl Rhetores. Primus tulit suffragia 74. 2dus 54. 3tius 49.	Dom. 3. post Pascha 2. Maij
Nullus conventus ob erectum theatrum.	Dom. 4 post Pasch. 9 Maij
Post [illegible] prima vice exhibitum fuit ad lucem Diei Solis Drama, cui titulus: Zelus Marianus:	Sabb. 15 Maij
à prandio horâ primâ altera vice exhibitum fuit Drama Marianum, cui praemissa fuit Promulgatio Magistratus Mariani.	Dom. 5. post Pascha 16. Maij
conventus ordinarius, Ecclesiola plena sodalium. Ita bona opera, et distributi SS. Menstrui, recitatum Te Deum Laudamus. [illegible] ornavit formulam Marianam Ill: ac gen: D. Mauritius L. B. de Juncker [illegible] qui [illegible] per sequentem annum [illegible].	Dom. 6 post Pascha 23 Maij
Nullus pro more conventus.	Dom. Pent. 30 Maij
Nullus conventus, cum hodie initium Jubilaeo solemni daretur, et prima hora de supplicatio ad praescriptas 4 Ecclesias instituta fuit.	Dom. SS. Trinit. 6 Junij
conventus et Exhortatio.	Dom. infra oct. Corp. Xti 13 Junij
conventus, et Exhortatio.	Dom. 3 post Pent. 20 Jun.
conventus. Ita bona opera, et distributi SS. Menstrui.	Dom. 4 post Pent. 27 Jun.
Sacrum in oratorio legi non potuit ob defectum sacerdotum tum nostrorum, tum externorum.	Fest. Visit. B. V. 2 Julij
conventus. Exhortatio.	Dom. 5 post Pent. 4 Julij
Instituta supplicatio consueta in Montem Marianum, et observata omnia annis aliis consueta.	Die Jovis 8 Julij
conventus, et Exhortatio.	Dom 6. post Pent. 11 Julij
conventus, et Exhortatio.	Dom 7 post Pent. 18 Julij
conventus, Ita bona opera, et distributi SS. Menstrui.	Dom. 8 post Pent. 25 Jul.
conventus nullus pro more ob processionem in honorem S. Ignatij institutam.	Dom. 9. post Pent. 1. Aug.
conventus, et Exhortatio.	Dom. 10 post Pent. 8 Aug.

1751.
Dom. 11. post Pent.
15 Aug.

In hanc Dominicam incidit festum Assumptionis B. V. Ideo hora 7 Sacrum in oratorio, a prandio hora 3. Vesperae, in quo recitatum pro more officium Majus B. V.

Dom. 12 post Pent.
22 Aug.

Conventus. Exhortatio, cujus Materia regulae sodalibus observandae vacationum tempore.

Dom. 13 post Pent.
29 Aug.

Conventus ordinarius. Bonorum operum hoc oblata pia proposita. Distributi SS. Menstrui pro Mense ~~[illegible]~~ Septembri, et Octobri. Recitatum Te Deum Laudamus, et renovata formula Mariana.

Die Mer: 8. Sept.
festum Nat. B. V.

festo Nativitatis B. V. M. mane horâ 7mâ Sacrum.

Novus Annus Scholasticus.

Praeside P. Franc: Xav: Weinzierl.

cum testimoniis e congregatione nostra discesserunt:
Bernard: Fr. Xav: De Köpelle Poëta.
Joan Wolfg: Schießl. Rhet.
Wolfg. Laurent: Wabel Rhet.
Jo. Mich: Dietrich Rhet.
Mich. Schmid. Rhet.
Adamus Segal. Rhet.
Josephus Lackner. Synt. min.
Franc: Ignat: Kummer. Rhet.
Nob. Jos. Maria Unger. Rhet.

Dom. 23. post Pent.
7 Novembris.

Cum serius ipse Praeses 2da circiter Novembris advenerit primum hac Dominica praesentiam habuit (in prioribus geminis vices supplevit R. P. Antonius Schreiber) recitatum est officium Defunctorum, pro quibus in templo elapsa die Veneris unà cum congregatione Majore celebrata fuit Exequia datis ad tumbam 6 candelis, et altare respicientibus, commodatis 4 candelabris argenteis. Praeses legit Sacrum sub officio. Pro eadem hoc praeter institutam ~~[illegible]~~ mox ad initium ante officium recitatum Electio Novi Praefecti. Pro quo in Malo positus est Illustriss: Comes Josep. de Nerattiltzky à dextris Christoph. Hofstetter. à sinistris Jacobus de Lesser. Electores plurimi conferentes potiora habuit suffragia.

Dom. 24. post Pent.
14 Nov.

Conventus ordinarius et Exhortatio prima, quae ut fieri potuerit, Distributi sunt SS. Menstrui post praesentiam ad Januam à P. Praeside, cum nullus amplius praesentius ante initium Decembris fieri potuerit ob instantem promulgationem Messtuli Mariani quae hodie est promulgata sub hora post dies quatuordecim.

Dom. 25 post Pent.
21 Nov.

Conventus Nullus ob exstructum Theatrum. Congregatio Militum celebravit

1751. Nov.

hoc die festum titulare.

Promulgatio hyemalis

Sabb. 27 Nov.

Post litanias ad lampades prima vice exhibitum Drama cujus titulus Regia ad Caelum via. Initium datum est Hor. 4ta.

Dom. 1. adv. 28 Nov.

Hora 5. usque exhibitum Drama cui praemissa promulgatio Novi Magistratus Mariani. [illegible] ingressa cum nomine D. Praefecti, quia fuit Comes.

December.

Dom. 2. adv. 5 Dec.

Conventus ordinarius, et Exhortatio regularum explicatione, post festum titulare dilata. Hymnus prima vice in oratorium [illegible]. Notandum quod ante hanc Dominicam praecedentem festum titulare pridie ad Parochiam cum R.R. PP. Franciscanos, et ad templum nostrum mitti debent schedae promulgatoriae festi titularis

Profestum Conceptionis B. V. 7 Dec.

Hora 12ma Sodalibus in Rhetorica distributi cerei, pauperibus gratis dati. Parata in oratorio hora vigilantibus nocte in gymnasio [illegible] flammis quibus [illegible] cum pare dolis. [illegible] gloriis ad processionem orationem ex gymnasio in templum. Hic ornatum et splendorem peculiarem praebuit Architectum Novum Mariae in Medio cum duobus minoribus collateralibus pretiosissimum, et nova, aliis elegantissima methodo confectum a Clarissimo Sacristiano nostro Hora Scribens, cui Multum ob varia obsequia debet congregatio nostra. De hujus in Multipendia factis, et Casulam novam ejusdem cum ejusdem coloris, vide rationes expensarum.

Festum titulare Conceptionis B. V. 8. Dec.

Ch: Sacristiano pro ara sua in templo ad Comprecationem 10 horarum Dati sunt a me Undecim cum viginti tres libras Conficientes. hora 6ta expositum est a P. Praeside Ven: SS. in ara summa pro 10 horarum Comprecatione, cui initium fecere Consultores cum Praefecto Classificantes ardentibus durante S. Benedictione intorticiis cereis. Sacro facto ciborium ad oratorium est deportatum praecedentibus duobus Acolythis. hora 7tima Sacrum in oratorio legit R. P. Socius R. P. Prov: P. Mathias Stöllinger casula nova (quam prius R. P. Rector benedixit) prima vice usus, et ad sacri finem S. Synaxin Sodalibus distribuit. Praeses deinde ciborium ad templum retulit. hora quarta Sodales omnes processere in templum in ordine praecedente genio, lictoribus, crucifero cum Acolythis, quo eodem ordine post officium rediere ad gymnasium. hora prima concio et Exhortatio habita ab ipso Praeside. Tum renovata formula a Praefecto, quae a Magistris e [illegible] dita, dum sodales faces cum cereis offerrent. Hymnus Catholicus non decantatus, sed recitatus est. hora 3tia ad vesperas et ultimam comprecationis horam in templum processere sodales omnes. Consilio Mariano ad ultimam Benedictionem distributi fuerant ardentes cerei. ad officium invitatus officialis [illegible] ordinariis [illegible] bus duobus [illegible] a [illegible] pro [illegible].

In oratorium per totum diem omnibus etiam non Studiosis, et feminis utriusque [illegible] patuit. adfuere tot multi [illegible].

Sabb. 11. Dec.

Tyrocinium primum in Rhetorica habuit Praeses solus a advocatis Sodalibus cum Praefecto, et Classificantibus etc.

Dom. 3. Adv. 12 Dec.

Conventus, in quo lecta et explicata regula. ad finem [illegible]

1751. Decembr. — sodalibus omnibus, et tyronibus distributa Imago congregationis aeri incisa.

Dom. 4. Adv. 19 Dec. — Conventus, in quo dicta bona opera, et distributi SS. Menstrui. Lytaniae non aliae sunt decantatae, nisi illae, quae a Missionibus nomen habent. praecedente sabbatho post Lytanias celebratum est Tyrocinium.

Nullus conventus ob declamationem Rhetorum.

Dom. infra Nativ. 26. Dec. — Conventus ordinarius. in quo lecta [illegible], et explicatae sunt regulae residuae. Promulgata prima suffragia congregationum confoederatarum, et completae preces persolutae ad finem conventus.

Januarius 1752.

2. Jan. Dom. post Circum. — Conventus, et Exhortatio. lecta suffragia ex congregationibus confoederatis. Sabbatho priore Tyrocinium.

9 Jan. Dom. infra Epiph.

16 Jan. Dom. 2 post Epiph. — Conventus, et Exhortatio. praecedente Sabbatho distributus est in oratorio [illegible] cuilibet sodali [illegible] secundum classes. Celebratum item est tyrocinium.

Sabbatho post Lytanias celebratum e tyrocinium.

23. Jan. Dom. 3 post Epiph. — Conventus, et Exhortatio. Lecta residua suffragia.

Sabbatho tyrocinium.

30 Jan. Dom. Septuag. — Conventus. Dicta bona opera, et distributi SS. Menstrui.

Februarius

2. Feb. festum Purificationis B.V. — Med. thema Sacrum in oratorio, sub quo communio sodalium. Celebravit R. Praeses ipse, qui casula nova indutus in sacristia templi deportavit ciborium minus ad oratorium comitantibus officialibus omnibus, et ardentes cereos gestantibus, quo item etiam in templum ex oratorio ciborium relatum est. Ara oratorii resplendentior reddita gratiae florum fascibus ex [illegible] [illegible] confectis, [illegible] in gradu superiore pendens imaginem B. V. constitere 3 fl. solutis a quodam sodale. ad Communionem cum tyrones accessere, omnes sodales in ordine steterunt.

6. Feb. Dom. Sexag. — Conventus et Exhortatio. Indicta oratio pro die Lunae ante cinerali hora 2da pro more habenda.

Tyrocinium.

12 Feb. Sabb.
13. Dom. Quinq.
14 Lun. — Nullus pro more conventus.

hora 2da orationis horam instituit Congregatio, ad quam in ordine e gymnasio ad templum processum est praecedente [illegible], lectoribus, crucifero, et acolythis: eodemque ordine reditum ad gymnasium hora finita. Seminaristae fecere Musicam. Diebus Mercurii, Jovis, Veneris, et Sabbathi celebrata sunt ultima quadragesimae tyrocinia. Sabbatho post miserere venditi tyronibus cerei.

20 Februarij Dom: 1. quadrag. — Suscepti hodie in sodalitatem tyrones exceptis duobus omnes, e quibus unus alio aberat, alter aegrotabat. Item decorata sunt solemnibus [illegible]. Celebrata genera sunt a duobus oratoribus oratiunculae solennissime. [illegible] a tyronibus, et a Magistris repetita, utrasque tyrones ambo-

1752. Februarius

174

siorum ab ipso dicto est submissus. adfuere Patres aliqui ex collegio invitati à Praeside.

Die Lunae 21. Feb.

SS: Viaticum deportatum ad sodalem aegrum

S: Viatico Munitus ē sodalis Michael Maurer Humanista hora 9. tunc signo quadrante ante 9 sodales oēs descenderunt ad templum parochiale, et ex inde eodem ad aegroti domum comitati sunt SS: hoc ordine. post Sacerdotem portantem SSmum incedebat Consilium ardentibus cereis instructum, ita, ut bini et bini incederent. Dominum Comitem Praefectum comitati sunt DD. Barones partim instructi candelis. post Consilium incedebant consimili ordine bini et bini Syntaxistae minores, tum Maiores, deinde humanistae, denique Rhetores. quo eodem ordine iterum ad templum redeuntes comitati sunt SSmum. Praeses ipse non ē comitatus, quia hoc hic loci Moris nunquam fuit. cereos ad templum detulit sacristanus congregationis, ibique primum distribuit. ubi reditum est, eosdem iterum collegit, et domum retulit. aeger in singulis scholis ab ipso Praeside sodalium precibus commendatus est, id, quod hic in gymnasio publice fuisset factum, si non hodie primum de sodalis hujus aegritudine fuisset Monitus.

NB. Si sodalis laborante eodem Morbo SSmo Viatico Muniatur aeger, prima vice solet comitari sodalitas in ordine. vicibus reliquis Moneantur sodales, ut sponte comitentur.

27. Dom. 2. quad.

conventus. Data Bona opera, et distributi SS. Menstrui. lecta et persoluta ad finem precum suffragia. recitata Litania Lauretana tum pro Benefactore ignoto qui submisit congregationi 3 aureos Ingolstadio, tum pro sodalibus, qui hoc anno in Formulis se liberaliores exhibuerunt. commendatus sodalium precibus aeger sodalis.

Martius

5. Mart. Dom. 3 quadrag.

conventus. et Exhortatio. ad finem recitata Litania pro sodali aegroto Mich: Maurer, qui iterum commendatus ē sodalium precibus. invitati sodales ad promulgationem cong: Mai:

12. Mart. D. 4. qdrag.

nullus conventus propter promulgationem congregationis Maioris

16 Jov.

Hodie hora 1ma Matutina pie in Domino obiit Mich: Maurer sodalis Humanista, SS. Sacramentis rite antea Munitus.

17 Veneris

Funus sodalis.

Horâ 9nâ elatum ē funus sodalis hujus defuncti portantibus illud sex illius condiscipulis vestibus nigris, palliisque indutis. sex alii condiscipulis in eadem veste circa feretrum faces ardentes portantibus solutas à congregatione. necessarium apparatum funebrem subministravit Congregatio Maior. funus in ordine ante feretrum comitati sunt non solum sodales oēs, sed oēs studiosi gymnasii, et Lycaei. Missa pro defuncto lecta à P. Praeside est hora 10ma in Templo nostro, ut praesentes essent sodales oēs, licet ad hoc illi non tenebantur, neque pro quolibet sodali defuncto à congregatione nostra Missa legi soleat in particulari, sed tantum pro oībus simul in anniversario defunctorum.

N

1752. Martij
19. Dom. Pass. Nullus [illegible] pro more ob festum titulare congregationis de Bona Morte. ~~[illegible]~~ hodie Cong: Mai: praeparationem instituit ad futuram sequentibus tribus diebus sacram in aula collectionem illam ab ipso Praeside P. Seefeld, ad quam omnia commodavit congregatio nostra, quae usui esse poterant; pannos pro tegendis scamnis, sellas. etc.

25 Fer. 6. festum Matris Dolorosae Med. 10 mane sacrum in oratorio, quod legere voluit ipse R. P. Rector, cuique adfuere Patres prope omnes cum Magistris. Ara exornata solennissime, ut alias, nisi quod loco Imaginis ordinariae Congregationis Proposita fuit Virgo Mater Dolorosa filio Compatiens in Imagine, quam vocant Monacenses, vulgo Vesper bild.

31 Mart. Parasceve Nihil, nisi quod varia commodaverit Cong: Nostra R. P. Praesidi Congregationis Matris Dolorosae humanissime ea petenti, qui et ipse Praeses olim fuit Cong: nostrae.

Aprilis
1. Sabb. Sancto Hora 2. Instituta Processio ad Cenotaphia Domini Modo et ordine sequenti. [illegible] Ductor generis, quem sequebantur Doctores duo [illegible]; crucifixarius cum Acolythis, postea Syntaxistae minores; post hos [illegible], tum Synt. Maiores, post quos [illegible] portabatur a quatuor humanistis [illegible] imaginem Matris Dolorosae, quod festo Dolorosae [illegible] in oratorio, ornatam in cuppola aliqua, [illegible] vulgo in einer [illegible]. tum sequebantur Humanistae et Rhetores [illegible] distincti omnes ordine [illegible]. post Rhetores aliquem [illegible] sub corona [illegible] repraesentans imaginem Matris et Virginis [illegible] quae ordinarie per annum in oratorio prostat, nigro tamen et [illegible] velo ita obductam, ut [illegible]: portabatur [illegible] a quatuor Rhetoribus pariter omnibus indutis [illegible] eodem modo incedebant humanistae portantes [illegible] aliquem. ~~[illegible]~~ incedebat post hos [illegible] Marianum [illegible] R. P. Praeses cum socio Magistro. [illegible] congregationis nostrae [illegible] Cong: Maior [illegible] post Ductorem generis [illegible] statim incedebant poenitentes in vestibus [illegible], tum flagellantes, tum crucifixi omnes [illegible], quos insequebatur [illegible] Cong: Mai. etc. Duo notanda hic sunt, primum quod multi ex sodalibus Cong: Min: [illegible] in hac processione [illegible] in ordine [illegible]: [illegible] in hac processione aliud agere [illegible] cum Acolythis, et [illegible] Med. 5 ta, ut quod tamen [illegible]. 2. quod [illegible] alta voce [illegible] R. P. Praeses [illegible] qui comitabantur

Processionem. hic possibilem [illegible] si iam circa Mediam quadragesimam
indicetur aliis, multi fore dandam licentiam abeundi ante processionem
ne forte [illegible] aliquos [illegible]. Sumptus processionis [illegible] habuit
congr: nostra cum Congr: Maiori.
Dominica resurrectionis Nullus pro more conventus — Dom. resurr. 2 April
Die Martis feria 3tia Paschatis cum Deo primam hostiam libavit in — fer. 3 Paschatis
templo nostro S. Jos. Eplinger Professor Physices, novam sacerdotis
vestem congregatio nostra subministravit.
conventus pro more. Lecta gratulatio Syntaxistae Maiori ob — Dom: in Albis
litteras [illegible], et cantilenas amatorias. Debuit [illegible] ante — 9. Aprilis
aram ad [illegible] genibus, et recitare 5 Pater et Ave. Suscepti
sunt in congregationem duo Syntaxistae Minores Prenob. De
Löwenthall, et Joan. Nep. Mayr neque [illegible]. Habita est
exhortatio.
conventus Data Bona opera, et distributi SS. Martyres. [illegible] — Dom 2 post Pascha. 16. Aprilis
Facta fuit est electio novi Assistentis, ~~[illegible]~~
positus in Medio Prenob. De Lasser Rhet. a Dextris Nob
Christophus L. Hoffhess Rhet. a Sinistris Ferdinandus Millmar
Rhet. qui suffragia habuit potiora. Dux praefectus, cum aequa-
-baret, nihil votum suum [illegible] suffragium sigillo munitum in charta.
cum promulgatio ad octo dies differenda fuit, vestis de confessio- — Dom. 3 post Pasch. 23. Aprilis
-nibus hodie est conventus, et Exhortatio.
Conventus Nullus propter exstructum in aedes theatrum. — Dom. 4. post Pasch. 30
Post Ultimam Med. 4. Exhibitum ad lampades prima vice drama — Sabb. 6. Maij
cum titulo: Lata ad Salutem via. — Dom. 5 post Pasch. 7 May
Exhibitum est Drama hora 7ma, quod cum duraret per duas horas
vespere [illegible] R. P. Rectore ad preces S. [illegible] — Promulgatio
Dramati [illegible] promulgatio Assistentis Mariani. Sumptus plures pro — vaena.
Dramate [illegible] solverunt Sodales ex scholis singulis. Periochas impri-
-mi curavit Rhetorum [illegible]. cum testimoniis aliis Gregorius Kopp Synta-
-xista Maior. Exemplaria haec [illegible] nulla papyro aurata, ex [illegible] ad evitandas varias tricas — [illegible] Pent. Dom. 21 May
Nullus pro more conventus. |
conventus ordinarius. Data bona opera, et distributi SS. Martyres. — Festo S. Trinit.
Susceptus est [illegible] Sodalis Carolus Jos. De Öher Synt. min. ita
annum primum Monachio ad nos delatus.
conventus ordinarius, et Exhortatio. cum testimoniis aliis Jo- — Dom infra oct. corp. Xti 4 Junij
annes Antonius [illegible] Poeta. Item Antonius Bu[illegible]. Poeta. Poeta
alius Rupert Nomine [illegible] sine testimoniis [illegible]
NB. In die octava corporis Xti, quo processio per urbem instituitur,
et [illegible], est instituta congregatio nostra ad pervias preces [illegible].

tilem argenteam comodavit [illegible] et gratiose D. D. Weinzierl granario [illegible] ad ornandam aram ante ædes suas, qui dein pro eo humanissimas grates congregationi obtulit florenum unum 12 cruciferis. Sacristani [illegible] alij, similiter aliis factum est, supellectilem deportarunt ad domum, et rursus ad collegium: Sacristani itidem congregationis nostræ [illegible] et iussu [illegible] a P. præside ad aram erectam supellectili invigilare.

Quando in proxima Theophoria processio instituta est a PP. Franciscanis, etiam supellectilem argenteam comodari sibi petijt Dnus cancellarius de [illegible]. pro qua gratias egit per famulum; [illegible] Dnus congregationi obtulit. Dnus de [illegible] [illegible] [illegible] petijt res leviores ex ligno inaurato a congregatione, pro quibus [illegible] gratiæ sunt actæ.

Dom. 3 post Pent. 11 Jun. — Conventus et Exhortatio.

Dom. 4 post Pent. 18 Junij — Conventus et Exhortatio.

Dom. 5 post Pent. 25 Junij — Conventus. Solita Exhortatio De S. Aloysio, ad quem formula renovata est in fine conventus. post exhortationem [illegible] similem data [illegible] et [illegible] SS. Mysterij. Promulgata Missa in [illegible] festo visitationis B. V. M.

Julij

2 Julij Dom. 6 post Pent. — festum Visitationis B. V. — NB. circa Indulgentias Mysteriorum

Hora 6ta (sicut [illegible] [illegible], quia professores [illegible] debuit apud Montanos) Missa in oratorio cum Musica, quam legit R. P. Aloys. [illegible] spiritualis. [illegible] tamen [illegible] in oratorio, sed in templo post [illegible] tamen in ordine, id quod factum est, ut sodales simul possent lucrari Indulgentias Mysteriorum pro defunctis, ad quos requiruntur, ut quinque sacra fiant [illegible] in nostro templo. post prandium nullus conventus ob impedimentum extraordinarium [illegible] quæ alias [illegible] [illegible], si mane fuit Missa, [illegible] [illegible], recitandum fuisset officium B. V. Mariæ. quia autem conventus non fuit celebratus, ideo promulgari potuit peregrinatio in Montem Marianum prima die Jovis instituenda. hæc indicta est privatim per scholas.

6 Julij Dies Jovis — Peregrinatio

Peregrinatio in Montem Marianum [illegible] hora 4ta. [illegible] quadrante [illegible] campana Maiora in templo S. Georgij data est signum pro more. Hora 6ta, postquam a Musicis [illegible] cantatæ Litaniæ, data sacra benedictio a sacerdote celebrante Hora 6ta, qui Missam [illegible] inchoavit. postea templo [illegible] per urbem procedentes Musici Litanias Lauretanas [illegible] cantabant, [illegible] tamen ex

urbe tubicinibus, qui tubas ductiles inflarent. intra urbem sodales
in silentio processere. ante aliis portam inceperunt recitare rosarium, ita,
ut bini semper ex confratribus se insererent classibus singulis, qui orando
praeirent. finito rosario cum lytaniis Musici Decantarunt lytanias
Missionis usque dum templum in Monte attigerunt. officium ibi habuit
P. Dominicus Ott praeses lycei et gymnasij, quo finito discesserunt
rosarium templo inter preces lytaneticas decantatas usque ad viam quae
a lapidibus dicitur vulgo Stein weeg, per quam descenderunt, et dein-
de platea maiore alterum arcum, quia via per schlossum, ut vocant,
nimis erat lutea ob pluvias praecedentes. postea recitatum est rosarium
cum lytaniis usque ad alias portam, ubi Musici Decantare caeperunt
lytanias Missionis per totam urbem glorificantes usque in templum nostrum
probantibus id Multum, qui audisse omnibus cum summa exhortatio
nos a Malo libera: sic et ab omnibus, plerisque solemn sodalibus fuerit
repetita. In templo nostro post cantatum Salve Regina. Data a R. Praeside
s. Benedictio. Theatrum hoc anno nullum fuit additum tum ob tempestatem
dubiam, tum eadem de causa, ne Imago Matris Virginis Dolorosae
ultimum, dum veniret, asportari in pompa ad anteriorem dicta fuit
aliis factum, unde praesidi videbatur haud satis decens, et dignum.
Notandum similiter, ut invigiles, ne sodales durante officio in Monte
extra templum vagentur.
convenimus et exhortatio. Lecta poenitentia Jos. Langecker Sutori, quod Dom. 7. post Pent. 9. Julij
supplicationem nostram non secutus comitantibus vagatus interea per urbem. recitare
iussus est 5 pater et ave ad aram. Lecta item lecto nomine poenitentia
omnibus, qui classe festo Visitationis se non praesentarunt in foro;
omnibus, sed Multi sunt, qui abesse templum ..., cum Moniti fuerint prius de hoc ab ipso
praeside. iussi sunt audire sequenti die Missam in templo hora 5ta.
convenimus et exhortatio. commendatus sodalium precibus Leonardus Goss Dom. 8. post Pent. 16. Julij
Sartor Mai periculosè decumbens.
hic ipse insequenti die luce functus omnibus ad agonem e Monitis hora
decima sodalibus SS. Viaticum eodem Modo comitantibus, quo 21 feb:
hujus anni. Moniti enim confratres, ut sedulo ad agonem invisant,
et diligenter fecere. assistit eundem et praeses ipse.
convenimus. Nulla omnino post solemnem Beatificationem fundatricis Dom. 9. post Pent. 23. Julij
Monialium de Visitatione Joannae Franciscae de Chantal, quae per
triduum hic est celebrata, in quo libro quidem primam habuit R.
praeses, in cujus gratiam simile omnino quidem ex voluntate R. P. Rectoris.
convenimus. Data bona opera, et distributi SS. Missae. commendatus Dom. 10. post Pent. 30 Jul.
item sodalibus Leonardus Goss, ut defunctus, et recitatae pro eo lyt. Lauretanae.

Dom. 11. post. Pent. 6. Aug. — Conventus et Exhortatio

Dom. 12 post Pent. 13 Aug. — Conventus. Quindena Missa in diem primam Martij.

fer. 3. festo Assumpt. B. V. — Missa hora septima in oratorio quam legit R. P. Dominicus Ott Praefectus Scholarum et gymnasij. Intra quam communio sodalium in oratorio, et post illa processio facta fuit in ordine in templo. Nunciata hodie Mane Mors Leonardi Poss. Synt. Mai. [illegible] affixa ad valvas gymnasij schedula commendata est Ejus anima sodalium communionibus et precibus.

fer. 4. 16. Aug. — hodie hora 10 elatum est funus defuncti sodalis Leonardi Poss, quod quia comitari non poterant sodales omnes: nostrae obstipationem pro Praemio ex sabbato, ad preces praesidis facto praefecto factas rogati et moniti sodales omnes: Minores [illegible] fuerunt, ut saltem ipsi diligenter comparerent. Sex ex illis, [illegible] celsiore obtulere ad [illegible] in pallijs nigris. [illegible] funus cum funalibus [illegible] defuncti sodalis, qui [illegible] absolverunt [illegible]. Reliqua observata [illegible] 17 Martij.

NB.

Dom. 13. post Pent. 20 Aug. — Conventus, in quo recitatum officium defunctorum pro defuncto sodali Leonardo Poss.

Dom. 14 post Pent. 27 Aug. — Conventus. Ista hora [illegible] et distributi [illegible] Magistri [illegible] sunt, et [illegible].

Dom. 15. post. Pent. 3. Sept. — Conventus ultimus. Lecta et explicata Monita sodalibus observanda tempore Vacationum. Commendata et oblata ab illis ad [illegible] pia proposita tempore Vacationum servanda. Postea renovata formula Mariana, et recitatus hymnus Te Deum Laudamus.

8 Sept. festo Nativitatis B. V. — Sacrum in ~~oratorio~~ [illegible] hora septima quod legit quidam R. D. è clero saeculari olim Membrum congregationis, [illegible] qui in [illegible] professionali favore sibi expetijt. Communio fuit in templo.

cum [illegible]

[illegible]

Nomina alio abeuntium

Praenob. Andreas de Gring
Nob. Joan. Christoph. Hoffses.
[illegible] Fr. Xav. Millman.
Praenob. Franc. de Borell.
Franc. Franck.
Georg Schmid
Joan. Georg Flambler
Joan. König.

Rhetores.

Joan: georg geber Rhet. susceptus apud PP. Augustinianos intra annum 16. Maij.
Perenob. Christoph. De Bidlegg. Rhet.
Aegidius Rockinger Rhetor.
Anton: Fleer
Anton: Put
Gebhard: Millman
Jo: Bapt. Iberl
Wolfg. Pichelbl
} Poëta

his Poëtis tempore primum vacationum accessit, petitis porte testimonia Rhetoris [illegible] classis eidem.

Franc: Millman, Synt. Mai. gregor. Bott. Synt. Mai.
Wolfgang. Gretsch. Synt. Mai.
georg: Ostermann.
Dominic Möhrlein
Pre. Jos. De Müller
} Synt. Mai:

georg: Rausch Poëta, et Pre: De Villier Synt. Mai. abiere sine testimonio.

Defuncti hoc anno sunt Duo Michaël Maurer Poëta, et Leonardus Bott. Syntaxista Maior. quorum Nomina sub anni finem ad congregationes foederatas scripto mitti debent, cum à nostra congregatione typis imprimi non soleant. Defuncti

Novus annus Scholasticus.
Praeside P. Fr. Xav. Wiestner.

Primus Conventus. Exhortatio. Distributi SS. menstrui, & data bona opera. Lecti, qui ad nostram accesserunt Congregationem, Josephus Lackner, & Paul. Albert. Mußbaur Syntaxistae Inres ex Ratisbonensi. Gotthardus Probst Synt. m ex Straubingana. Pernob. Joseph. Anton. de Pretti Human. ex Ingolstadiana. 29. oct. Dom. 23. post Pent.

Conventus, in quo recitatum officium pro omnibus Sodalibus ex Congregatione nostra defunctis. 5. Nov. Dom. 24. post Pent.

Habitae cum Congregatione Majore Exequiae annuae pro nostris Sodalibus. Subministrati pro More Cerei, et rursum repetiti. Sacrū ad Aram Lateralem Legit Praeses. 6. Nov.

Conventus, et Exhortatio de S. Stanislao, Congregationis Patrono: ad quem finito Conventu consuetam Formulam renovavimus. Instituta etiam hac die Electio novi Magistratus Mariani, 12. Nov. Dom. 25. post Pent.

November 1752.

Propoſitus in medio Nob. †Ferdin. Reiſer. à dextris Hermannus Ignatius Pettenkover. à ſiniſtris Pron. Kilian. Philipp. de Paulli. eodem ordine tulerunt ſuffragia.

19. Nov. Dom. 26. poſt Pent. Conventus. Exhortatio. indicta Confeſſio & Comunio in die Martis.

21. Nov. Feſtum Præſentat. B.V.M. Hora 7.ª Sacrum in oratorio dixit P. Ant. Tröſcher, et ſub eo S. Synaxin Sodalibus diſtribuit.

26. Nov. Dom. 27. et ult. poſt Pent. Conventus. diſtributi SS. menſtrui, & data bona opera.

29. Nov. Cum conſenſu Superiorum diſſimulata eſt hoc anno Promulgatio Scenica, et ejus loco Sodales per triduum inſtituti ſunt Sacris Exercitiis à P. Antonio Schenckl, Miſſionario Palatino. Hinc ſtudioſè dilata eſt novi Catalogi promulgatio, ne ſcilicet DD. Logici, ſi ad Congregationem Majorem dimitterentur, ſoli evaderent, qui Sacram Solitudinem non ſubirent; Major enim Congregatio ſuos jam inſtruxerat menſe Martio, et poſt Congregationem noſtram ſequi adhuc debebant reliquæ Gymnaſii claſſes, in duas dividendæ turmas. Porro de hac Recollectione hoc tempore inſtituenda etſi privatim conſtaret omnibus, publicè tamen in Conventu nullam fecit mentionem Præſes, ne Logici, utpote adhuc dubii ſemper, debeantne intereſſe, an non, vel ipſimet interea temporis coloratam excogitent difficultatem, aut ſiniſtris forſan, et ſarcaſticis aliorum Lyceiſtarum ſermonibus inducantur, ut ab eadem eximi velint. Itaque ex voluntate R. P. Rectoris hac primùm die ante Lectionem ſuam matutinam per P. Præfectum invitabantur ad inſtantem Recollectionem tanquam Sodales; cui invitationi omnes promptiſſimè annuebant. Oratorium interim per hos dies inſtructum eſt eo ferè modo, quo id factum eſſe reperi in hoc Diario ad annum 1728. In ara nigris tapetibus obducta proſtabat grandior Crucifixi imago, cujus lateri hinc Doloroſæ Matris, illinc Dilecti Diſcipuli ſculptæ effigies adſtabant, quas Ch. Sacriſtanus ſuppeditabat. Tapetes ipſi ~~et~~ è tribus arcubus defluebant, qui à quatuor columnis ſuſtentabantur; et intra arcum medium quidem locatæ erant imagines, ea, quas dixi; intra duos extremos gemino pendebant tabulæ, quarum una vexillum Chriſti, altera diaboli referebat: hæc omnia benignè conceſſit Major Congregatio unàcum tapetibus cœruleis ad veſtiendos oratorii parietes, qui candelabris pendulis diſtinguebantur. Ex parte Epiſtolæ extructum erat pegma, eique impoſitum oratorium cum pulpito, lampade, ſcabello, ſella, et paulò anterius Imago Crucifixi pergulæ infixa, facieque ad auditores converſa. Latebat aſcenſus ad pegma per januam ſuperiorem, cui remoto protendebatur tapes paulò denſior. Ex parte Evangelii locabatur menſula, ſcriptura tum Magiſtro pia prælegenti, tum Sacerdoti veſtienti ſe pro Sacro faciendo, tum etiam P. Miſſionario confeſſiones ad

178

+

eam excipienti post finitas functiones Sacras. Ultimam scalam ascensuris obiiciebatur in utroq; pariete hic Christi è cruce pendentis, illic B. Virginis imago, quae prius Sodalium oculis patebant. Lucem praeterea excludebant omnes fenestrae in utroq; atrio superiore, quas destinatis iam velis obduximus. Ita praeparatis omnibus conveniebant hora 2ª in oratorio Logici, Rhetores, & Humanistae /: nam pro Syntaxistis majoribus tantum spatii non supererat, eoquod ex aula Gymnasii in oratorium translata sint scamna majora scabellis instructa, partim pro majore comoditate, partim etiam ad evitandum tumultum :/ ibique per horam praeparabantur ad instans triduum, horâ 3ª verò ad Litanias dimittebantur.

30. Nov. Festum S. Andreae Apost. **Dies I. Recoll.**

Initium datum functionibus Sacris media 8ᵛᵃ usque ad 10ª. à prandio verò med. 2ª usque ad 4ª. Meditationum et Instructionum tempore non nisi duo in ara candelae accendebantur; duo item alia in postrema Oratorii parte ardebant, ut hoc ipsa loci obscuritas et sacrum ingeneraret horrorem, & pietatem foveret. Oblitus est Profes. ut à R. P. Provinciali licentiam peteret dicendi Sacri in oratorio per hoc triduum; ordinaria enim licentia tantum ad Festa B. Virginis se extendit. Censuit tamen R. P. Rector, quod R. P. Provincialis, utpote conscius habendae Recollectionis et consentiens, simul etiam tacitè consenserit in ea omnia, quae alias in Recollectionibus fieri solent. Hinc media 9ª Sacrum hodie in oratorio legit P. Fr. Xav. Holl Prof. Log. à prandio circa med. 3ª loco Musico recitatum alta voce Rosarium cum Litaniis de SS. nomine JESU.

December.

1. Dec. **Dies II.** Observata omnia, ut heri. Sacrum in oratorio legit Profes.

2. Dec. **Dies III.** Continuata pia Exercitia. Sacrum dixit P. Jos. Auer Prof. Phys. et Prof. Lyc. & Gymn. Circa 4ᵃᵐ pomeridianam, post ferventem adhortationem ad constantiam in propositis bonis, post promulgatas indulgentias plenarias, et post impertitam Benedictionem Apostolicam dimissi sunt Sodales. Indicatum etiam DD. Logicis, quod deinceps pertineant ad Congregationem Majorem.

3. Dec. Dom. 1ª Advent. Nullus hodie Conventus, eoquod praesens Oratorii apparatus removeri tam citò non potuerit. Missae schedae denunciatoriae in Parochias, & ad PP. Franciscanos ob imminens Festum Immaculatae Conceptionis.

6. Dec. Horâ 1ª convocati sunt Sodales, monitique tum de Confessione annua, tum de aliis Festo Titulari observandis. Dein post brevem Exhortationem promulgatus est Magistratus Marianus, cui Hymnum Ambrosianum subiunxere Musici. Prima vice in Conventum admissi sunt Tyrones.

7. Dec. Praeparata omnia in crastinum Festum necessaria. Rogati Confessarii, ut tempore antemeridiano excipiant Confessiones annuas

+

December 1752.

Sodalium, eorum ſcilicet, qui per hos dies à tota vita confeſſi non ſunt, quod tamen apud P. Miſsionarium fecerunt plurimi. Ordo comprecationis affixus ad Gymnaſii valvas. Horâ 12ª Sodalibus venditi, pauperibus gratis dati ſunt cerei. Ob expoſitam in oratorio ſupellectilem argenteam vigilias noctu agebant Sacriſtani, quod tamen R. P. Rectori non probabatur.

8. Dec. Feſtum Tituli. Horâ 6ª initium datū Comprecationi præſente Conſilio Mariano, et ad Benedictionem Sacram ardentibus cereis inſtructo. Sub primo Sacro Muſica. Horâ 7ª Ciborium comitati ſunt Conſultores in oratorium, ubi Sacrum dixit idem P. Miſsionarius Ant. Schenckl, qui ante Comunionem /: ſilente interim Muſica :/ Sodales de propoſitis in Recollectione factis potenter admonuit, ac tum demum S. Synaxin omnibus diſtribuit. Hæc adhortatio tantò plus valuit in Sodalium animos, quantò minus fuerat expectata. Hora 9ª ad officium, & horâ 3ª ad Veſperas proceſsimus ex Gymnaſio, præcedente Genio, Crucifero, & 2. acolythis. Levitæ adhibiti ſunt ad officium, quod cantavit P. Joſ. Auer Prof. Phyſico, idemque à prandio horâ 1ª erudite in Laudem Imaculatæ Virginis, et perquam appoſitè dixit ad Sodales. Finita Exhortatione renovata eſt Formula Votiva, eademque à Muſicis repetita, dum interim Sodales ad offerendos cereos procedebant. Demum cantatus eſt Hymnus Ambroſianus. Veſperis ſtatim ſubjunctæ ſunt Litaniæ, ad Benedictionem ultimam diſtributi rurſum Conſultoribus cerei, tum demum in ordine /: quod et mane factū finito officio :/ redivimus ad Gymnaſium. Ferè uſque ad 5ª pomeridianam oratorium patuit externorum etiam hoſpitum devotioni. Omnis aræ ornatus eadem adhuc die remotus eſt, Sacriſtanis verò multum occupatis, et ſemper in oratorio alternatim præſentibus data cereviſiâ cum pane.

10. Dec. Dom. 2. Adventûs. Conventus nullus ob præcedens Feſtum, ſed poſtquam heri inſtructū rurſus oratoriū ad eam normam, quam pagina priore deſcripſi, convenêrunt hodie circa med. 3ª /: finitis nempe in templo Veſperis :/ Syntaxiſtæ mres & mres cum Gramatiſtis, qui ad Sacrum tridiuum ritè obeundum inſtruebantur.

16. Dec. Sabb. Horâ 2ª pomeridianâ in oratorio Rudimentiſtæ cum Principiſtis præparati ~~ſunt~~, qui dein per duos tantum dies exercitati ſunt pro capacitate hujus ætatis, hinc

17. Dec. Dom. 3. Adventûs. Anticipata eſt diſtributio SS. Menſtruorum hac Dominica, et ante horam Conventûs Congregationis remota à feneſtris ſiparia, ut lucem admitterent, ~~et~~ finito autem Conventu mox iterū

December 1752.

protenſa ſunt, ut horâ 2.ª in functionibus Sacris pergere poſſent geminæ claſſes infimæ.	
Conventus & Exhortatio.	24. Dec. Dom. 4. Advent. & Vigilia Nativit. D. N. J. C.
Conventus & Exhortatio. Miſſi defuncti ad Congregationes 46.	31. Dec. Dom. infr. oct.

Annus 1753.

Conventus, & Exhortatio.	7. Jan. Dom. 1. poſt Epiph.
Conventus, & Exhortatio.	14. Jan. Dom. 2. poſt Epiph.
Conventus, & Exhortatio.	21. Jan. Dom. 3. poſt Epiph.
Conventus, diſtributi S.ti Menſtrui, et data bona opera. Moniti Sodales de Confeſſione & Cōmunione Feſto Purificationis obeunda.	28. Jan. Dom. 4. poſt Epiph.
	Februarius.
Horâ 7.ª Sacrum in oratorio legit Præſes, et Sodalibus S. Synaxin diſtribuit.	2. Febr. Feſt. Purific. B. V. M.
Conventus et Exhortatio.	4. Febr. Dom. 5. poſt Epiph.
Conventus et Exhortatio.	11. Febr. Dom. 6. poſt Epiph.
Conventus et Exhortatio.	18. Febr. Dom. Septuag.
Cum Congregatio Major in craſtinum diem conſtituerit Electionem Magiſtratûs ſui, ſimulq; diſtributionem SS. Menſtruorum, ſub qua litaniæ decantari ſolent; ea verò Muſicorum penuria fuerit, ut pro geminis oratoriis eodem tempore non ſufficeret, ideo noſtra Sodalitas Conventum ſuum hodie celebravit, in quo ſuſcepti ſunt Tyrones, poſtquam prius conſuetis diebus ſunt inſtructi. Oratorum unus petitionem promiſit, alter pro ſuſceptione grates egit Præfecto. Diſtributi dein SS. Menſtrui, data bona opera, et loco Litaniarum cantatus eſt hymnus Ambroſianus. Ara ſolennius ornata eſt. Cerei etiam Tyronibus venditi. Inſuper moniti Sodales de hora comprecationis die Lunæ antecineralis obeunda in templo noſtro.	25. Febr. Sabb. et Feſt. S. Matthiæ Apoſt.
	Martius
Nullus pro more Conventus.	4. Mart. Dom. Quinq.
Ante horam 2.ª præeunte Genio aſcendimus ad templum, ubi per horam comprecati ſumus, Seminariſtis interim Muſicam in Choro adornantibus.	5. Mart.
Nullus Conventus, eo quod Congregatio Major promiſſo Dramate ſuum hodie Magiſtratum inſtauraret.	11. Mart. Dom. 1. Quadr.
Conventus ordinarius, & Exhortatio	18. Mart. Dom. 2. Quadr.
Cum in hanc Dominicam incideret Feſtum Annuntiationis, Sodales noſtri Cōmunionem accedebant in Aula Gymnaſii hora 7.ª cū Sodalibꝰ Congregationis majoris; Muſici enim occupantur in Seminario propter octavam S.ti Joſephi.	25. Mart. Dom. 3. Quadr.

+

Aprilis 1753.

1. apr. Dom. Lætare.	Conventus, Exhortatio, diſtributi SS. Menſtrui, data bona opera.
8. apr. Dom. Judica.	Conventus nullus ob feſtum titulare Congregationis de bona Morte.
15. apr. Dom. Palm.	Nullus pro more Conventus.
21. apr. Sabb. Sto.	hodie horâ 2ª pomeridianâ Congregatio noſtra ſola eduxit agmen pœnitentium, Labaris tantum, & duobus ferculis diſtinctū, ut anno priore; Major enim Congregatio id heri præſtitit, utpote quæ cum Confraternitate Matris doloroſæ alternare ſolet. Datus eſt hauſtus Sacriſtanis noſtris, et aliquibus aliis, qui ex Congregatione majore, et Confraternitate Matris doloroſæ erant occupati in procurandis neceſſariis. reliquas expenſas videre eſt in rationibus.
22. apr. Dom. Reſurr.	nullus pro more Conventus.
29. apr. Dom. in albis.	Conventus. diſtributi SS. Menſtrui, & data bona opera.
Majus.	
6. Maij. Dom. 2. poſt Paſch.	Conventus & Exhortatio.
13. Maij Dom. 3. poſt Paſcha.	Conventus & Exhortatio. Promulgatus, qui ex Argentinenſi Sodalitate ad noſtram acceſſit, Carolus Weffer, Rhetor.
15. Maij die Martis.	mane circa 9ª. Sodales omnes deduxerunt SS. Viaticū ex Parochia ad Sodalem ægrotum Joan. Chriſtoph. Schonner Synt. mrem, ordine eodem, qui anno priore deſcribitur ad diem 21. Febr.
20. Maij Dom. 4. poſt Paſcha.	Conventus. diſtributi SS. Menſtrui, data bona. Inſtituta Electione Magiſtratus Mariani. Propoſitus in medio Ignat. Pettenkover; à Dextris Georgius Legath, à ſiniſtris Andreas Kindkoffer; primus tulit ſuffragia 54. ſecundus 60. tertius 37. Cum teſtimoniis abiit Prænob. Georg. Adam. de Satzenhoffen à Rottenſtatt, Poëta, et Conſultor, futurus Ephebus Aulicus Monachii. Comendatus Sodalium precibus Joan. Chriſtoph. Schoner.
27. Maij Dom. 5. poſt Paſch.	Nullus haberi potuit Conventus ob extructum jam theatrum pro inſtante Promulgatione.
Junius.	
2. Junij. Sabb.	Exhibitum prima vice primum drama circa med. 4ª non tamen ad lampades; partim, quia R. P. Rector timebatur admodum invitus, licet id juris Congregationi competere ſatis probet Diarium ad annū 1749. 22. Novembris, ubi R. P. Provincialis declaravit Præſidi, reſcriptum illud de non adhibendis candelis nequaquam pertinere ad Congregationem: partim etiam, ut parceretur ſumptibus, cum ærarium plane exhauſtum ſit.
3. Junij. Dom. 6. poſt Paſcha.	Præmiſſa Promulgatione novi Magiſtratus, cujus ordo legendus eſt in libro ſeparato, rurſus exhibitum Drama copioſo ſpectatori horâ 1ª. Nullæ dein Veſperæ vix non pro more; de his tamen aliud ſtatuet R. P. Rector in annos ſequentes.
10. Junij Feſt. Pentecoſt.	Nullus Conventus.

+

Junius 1753.

Poſt SS. Trinitatis 17. Junij Dom. 1.

Conventus. Exhortatio de obſervatione Regularum; dictus deinde hymnus Ambroſianus. cum Teſtimoniis abiit Ratiſbonam Prdn. Martin. Mayr, Poëta.

Dom. 2. poſt Pent. 24. Junij, et infr. Oct. SS. Corp. Chriſti ac S. Aloyſii.

Cum hac Dominica ſimul eſſet infra octavam S. Aloyſii; et ex licentia perpetua à R. P. Provinciali data /: ut habet Diarium ad annū 1728 :/ eâ ipſa Dominica Sacrum legi poſſit in oratorio; hinc invitatus ad illud horâ 7.ª dicendum P. Ignat. Traſman, Prof. Bibliothec.; ſub quo recitatum alta voce Roſarium, et renovata Formula ad S. Aloyſium Sodalitatis noſtro Patronum; eo finito data ſunt bona opera, et exeuntibus Sodalibus diſtributi SS. Menſtrui. nullus deiñ à prandio Conventus. NB. quid obſervandum ſit circa ſupellectilem Marianam pro ſupplicationibus per octavam Corporis Chriſti; quibus; quid, et quando concedatur; vide annum priorem.

Julius

1. Dom. 3. poſt Pent.

Conventus. Exhortatio. Moniti privatim Sodales, ut S. Synaxin ſumant hodie; tum quia id jubent Leges Marianæ fieri primâ cujusvis Menſis Dominicâ; de Feſto autem Viſitationis nihil ſtatuant; tum ut ſimul poſſent lucrari Indulgentias Cōmunionis Generalis. Indicta ſupplicatio in montem Marianum.

2. Feſt. Viſit. B.V.

Sacrum hodie in Oratorio legi non potuit ob defectū Sacerdotum.

5. Jov. Peregrinatio in Montem Marianum.

In Peregrinatione conſueta obſervatus eſt mos aliorum annorum. Tubicines non ſunt adhibiti. Sub officio tam copioſe cadebant pluviæ, ut cœlum omne obduceretur nubibus; cumque nulla appareret mitioris tempeſtatis ſpes, deſcendimus ſine ordine viâ breviſſimâ; neque per eam, quâ exivimus, Civitatis portam, ſed quæ Collegio vicinior eſt; collecto rurſus ordine rediimus in Templum noſtrum bene loti. Genius remanſit in monte, donec allatis è Civitate veſtibus contra pluvias ſe defendere poſſet. Subſtitit etiam in domo Hoſpitis ferenlum Immaculatæ, ubi à Sacriſtanis diſſolutum, et per partes relatum eſt. Ad officium in monte cantandum invitatus P. Joſeph. Auer, Prof. Metaph. et Prof. Syn. et Gymn. Levitæ, quos aliis annis adhibitos eſſe non lego, ultro eſſe voluerunt R. P. Mich. Mayr, Prof. Semin. et R. P. Friderich, quibus à Præſide grates ſunt actæ. Sacrum in Ara laterali propter Præſidem dixit etiam P. Ign. Veith, Prof. Rud. ad id invitatus. Expenſas in hanc ſupplicationem faciendas videre eſt in rationibus.

+

Julius 1753.

8. Jul. Dom. 4. poſt Pent.	Dominicâ poſt Peregrinationem nullus habetur Conventus, uti ſæpius ~~hab~~ exhibet Diarium.
15. July Dom. 5. poſt Pent.	Conventus, & Exhortatio.
22. Dom. 6. poſt Pent.	Conventus, diſtributi SS. menſtrui, et data bona opera.
29. Dom. 7. poſt Pent.	Conventus, & Exhortatio.
Auguſtus.	
5. aug. Dom. 8. poſt Pent.	Conventus nullus ob ſupplicationem ſolennem, in honorem S. Patris noſtri inſtitutam.
12. aug. Dom. 9. poſt Pent.	Conventus, Exhortatio. Indicta Confeſſio in proximum B. V. Feſtum.
15. Aug. Feſtum Aſſumpt.	~~Mediâ~~ 7ma Sacrum cum Muſica; quia horâ 7mâ nomine Congregationis majoris aliud Sacrum legitur in aula Gymnaſii, cui pariter adeſſe debent Muſici. Comunio non fuit diſtributa in Oratorio, cum eadem præſcripta eſſet à Gymnaſio. Sacrum dixit P. Joſ. Angerer.
19. aug. Dom. 10.	Conventus, in quo recitatum pro more officium majus B. V. Mariæ.
26. aug. Dom. 11.	Conventus. diſtributi SS. menſtrui. & data bona opera. Indicta reſtitutio librorum ſpiritualium.
September.	
2. Sept. Dom. 12.	Conventus ultimus, in quo poſt præviam Exhortationem oblata ſunt à Sodalibus pia propoſita, et iis viciſſim dati SS. menſtrui pro menſe octobri.
8. Sept. Feſtum Nativit. B. V. Mariæ.	Horâ 7ma Sacrum in Oratorio legit P. Bern. Kropf. Sub Sacro Muſica, et poſt Elevationem recitatio Formulæ Marianæ. Comunio obeunda erat in Templo. NB. Defunctus hoc anno nullus.

Jacob. Guttmann Rhetor ſuſceptus à RR. PP. Benedictinis in Monaſterio Frauenzell.

Cum Teſtimoniis abiere.

Andr. Kraller.
Joſeph. Waidenpaur
Carol. Wegler.
Caſpar. Hueber.
Jacob. Mayerhœfer
Ign. Fink.
Joſeph. Wolfring.
Rhetores.

Fr. Joſeph. Huefnagl. Human.
Georg. Lankes Synt. maj.
Carol. Baur, et Sebaſt. Braun, Synt. min.
D. L. B. de Vinther Rhetor intra annū tranſiit ad Congreg. Militarē.

Wolfring Rhetor.
Joan. B. Miller Poëta.
Car. Sigiſm. Burger Poëta.
Ign. Zeillinger Poëta.
Wiehrl Synt. m.

Georgius Augſpach Rhet.
Bernardus Dellinger Synt. m.

1753.
October.

Novus annus Scholaſticus
Præſide P. Georgio Obernberger.

21. Dom. 19. poſt Pentecoſten. Conventus pro more nullus ob encoenia templi noſtri.

28. Dom. 20. poſt Pentecoſten. Primus conventus. Data bona opera, et diſtributi SS. Menſtrui. Lecti, qui ad noſtram acceſſerunt congregationem cum teſtimoniis Antonius Georgius Schüz Rhetor ex Ingolſtadiana, et Joannes Kerner Poëta ex Euſtadiana congregatione.

November.

4. Dom. 21. poſt Pent. Conventus, ſub quo recitatum officium pro omnibus Sodalibus defunctis.

6. Martis. Habitæ hora 7. cum Congregatione majore Exequiæ annuæ pro noſtris Sodalibus. Subminiſtrati 8. cerei, et verſum repetiti. Sacrum ad aram S. Ign. dixit Præſes.

11. Dom. 22. poſt Pent. Conventus. Lecti And. Ign. Kuttner Rhet. et Fran. Joſ. de Müllern Poëta, quorum ille ex Ratiſbonenſi, hic ex Ingolſtadiana Congregatione cum teſtimoniis ad noſtram acceſſere. Inſtituta Electio novi Magiſtratus Mariani: Propoſitus in medio Mathias Baur, à dextris Michaël Waller, à ſiniſtris Fran. Joſ. de Preti. eodem ordine tulerunt ſuffragia. Habita etiam Exhortatio de S. Staniſlao Koſtka Congregationis Patrono, ad quem finito conventu conſuetam formulam renovavimus.

18. Dom. 23. poſt P. Conventus. Data bona opera, et diſtributi SS. Menſtrui. Promulgatus novus Magiſtratus Marianus præſente R. P. Præfecto: Drama nullum exhibitum obſtante perpetuò valitura prohibitione R. P. Provincialis, qua voluit in literis encyclicis, ut deinceps alterutri tantùm, non utrique Promulgationi pium Dramation præmitteretur. Sub finem decantatus Hymnus Ambroſianus.

21. Feſtum Præſent. B. V. MARIÆ. Hora 7. Sacrum in Oratorio, ſub quo Præſes Sacram Synaxim Sodalibus diſtribuit. Sacras Hoſtias reſiduas in Ciborio à Sacriſtano Templi commodato deportavit ad Eccliam S. Georgii, comitante Conſilio Mariano ardentibus cereis inſtructo.

1753. December.

prima vice in Oratorium admiſſi, ibiq. S. Synaxi refecti Tyrones.

2. Dom. 1. Advent. Dom. ultimâ poſt Pentecoſten impedito Conventu ob Declamationem Rhetorum pro feſto S. Catharinæ, hodie præmiſſo Exordio lecto et explicatæ regulæ Marianæ, uti fieri conſuevit poſt Promulgationem novi Magiſtratûs. Lectus etiam Præn. Maximil. de Hoeffer, qui cum teſtimoniis ex Ingolſtadiana Congregatione ad nram acceſſit. Moniti Sodales de confeſſione annua, et aliis feſto Titulari obſervandis. Miſſæ ſchedæ ad Æditum Parochiale, et PP. Franciſcanos: tertia affixa ad valvas templi nri.

8. Sabbat. Feſtum Tituli Congregationis noſtræ. Pridie appenſâ tabulâ Comprecationum; venditi horâ 12. in Rhetorica cerei; Pauperibus et Sacriſtanis gratis dati. Rogati Confeſſarii, ut ~~mane~~ ſub ſchola excipiant confeſſiones annuas. Conſtituti Genius, duo Ductores. Dati Ædituo templi noſtri candelæ ceræ Virginis ad ſeſqui tertiam circiter libram. Ara Mariana ſolennius ornata: ſupellex tamen argentea per noctem in cubiculo Præſidis retenta, quia R. P. Rector abrogavit morem vigilandi per noctem.

Ipſum feſtum celebratum pro more aliorum annorum. Horâ 6. expoſitum in templo SSmum, data S. Benedictione diſtributi Conſilio Mariano cerei. 3tio quadrante ad 6tam datum ſignum campanâ templi maxima, horâ 6. verò compulſabatur campanis omnibus, idque factum etiam, quando ad officium et Veſperas univerſi proceſſimus ex gymnaſio (præcedente Genio, geminis Ductoribus, Crucifixi bajulo cum duobus Acolythis) aut in illud rediivimus. Inſonuit item campana maxima 3tio ſemper quadrante ad ſingulas Comprecationis horas. Signum autem dare ſolent ordinarii templi Pulſatores, quorum etiam eſt ſcamna in templo parare. Horâ 4. Præſes SS. Eucharistiam ex templo deportavit ad oratorium, præcedentibus duobus Acolythis, ſubſequente Conſilio Mariano ardentibus cereis inſtructo. Jam, ſub quo

1753. Decemb.

comunio Sodalium: Musica item, uti et horâ 6. in templo. finito Sacro Ciborium redditum est templo, et Casulae in Sacristia relicta pro Officio: quod horâ 9ª cantavit R. P. Falck officiator Templi ordinarius; tubas inter et Tympana. Horâ 1.ª Conventus; cui lectionis loco promissa Musica per dimidiam ferme horam. S.V.ª facundè dilaudavit R. P. Xav. Holl, Prof. Physices, praesente R. P. Rectore cum pluribus Patribus, Magistris omnibus, aliquibus etiam Fratribus; Hospitibus nostris viginti et aliquot, quibusdam etiam externis; gratiosis hujatis Regiminis Electoralis Consiliariis duobus. Post exhortationem renovata formula Mariana, quae dum postea cantaretur, reliqui Sodales suam formulam obtulerunt. Subjunctus solennis Hymnus Ambrosianus. Sub Vesperis horâ 3tia Consilium cum Praeside et Socio; qui fuit Mgr Poëseos, occupavit praeparata scamna: subjuncta Litania in honorem S. Xaverii; ad S. Benedictionem distributi denuo cerei ardentes: sic Solennitas finita. Caeterum Oratorium per totum festum diem patuit utrique sexui; ita quidem, ut supellex sacra non nisi post mediam quintam potuerit removeri. Seminaristis; et P. Sacristanis valde occupatis, qui per totum diem alterni vigilias agebant, datus sequenti die haustus: Levitis sub officio (: sub quo ardebant CD. cerei, ~~sive~~ ~~m~~ cum minoribus duobus coram Venerabili Sacramento:) et Pulsatoribus pecunia. Expensa singillatim videantur in libro rationum.

Conventus nullus ob praecedens festum. – – 9. Dom. 2. Adv.

Conventus, Exhortatio. – – 16. Dom. 3. Adv.

Conventus. Exhortatio. – – 23. Dom. 4. Adv.

Conventus. data bona opera, et distributi S. Mensi. 30. Dom. infra Octav. Nativ. D.N.J.C.

1754.

Conventus. Exhortatio. Certa suffragia à Confoederatis Congregationibus petita: non tamen promulgata omnia defunctorum nomina, ut sic relinqueretur Exhortationi. Fest. Epiph.

1754. Jan. promulgata poenitentia geminis Syntaxistis majoribꝰ

Festo Epiph. ~~poetis~~; eo quod se de nupera à Conventu absentia non excusaverint, cùm tamen bina jam hac de re admonitio ad universos Sodales processerit.

13. Dom. 1. post Epiphan. Conventus. Exhortatio. lecta iterum suffragia, et poenitentia Syntaxistæ cuidam minori; qui aliorũ damnô non doctꝰ, causas nuperæ absentiæ exponere animô deliberato omisit.

20. Dom. 2. post Epiphan. Conventus. Exhortaõ. lecta suffragia.

27. Dom. 3. post Epiphan. Conventus. data bona opera, et distributi S. Menstruj. lecta suffragia. NB. Solent hoc tpre, scilicet à festo Epiphaniæ usque ad dies Antecinerales Belli-duces et alii ex urbe, petere vestes, quas tñ ex volte Sup. ngndo ss.

2. Februarius.

2. Festum Purif. B. V. M. Horâ 7. Sacrum in Oratorio dixit Praeses, et Sodalibus S. Synaxin distribuit

3. Dom. 4. post Ep. Conventus. Exhortatio. indicta suffragia.

10. Dom. Septuag. Conventus. Exhortaõ. Moniti Sodales de schedis peractæ confessionis testibꝰ diligentiꝰ dandis iis diebꝰ, quibꝰ eandem leges Marianæ praescribunt: item de silentio pro foribꝰ Oratorii observando juxta programa in propyleo ejusdem affixum Anno 1724. moniti denique de ~~ne~~ levitatibꝰ tpre Saturnalitio fugiendis. Lecta item dfctorm nomina aliqua ex Confoederatis Congregationibꝰ submissa.

17. Dom. Sexag. Conventus. Exhortatio.

24. Dom. Quinq. Nullus pro more Conventus ob processionem crastinã.

25. Dies Lun. Ante 2da praeeunte Genio, Ductoribꝰ p. ascendimus ad Templum, ubi per horam comprecati sumus; Seminaristis Musicam in choro adornantibꝰ: quibꝰ tñ congiarium nullum est datum; tum quia aliàs, utpote Sodales tenebantur esse praesentes; tum quia Congregatio ~~aliàs~~ debitis est obnoxia. In itu et reditu compulsabantur campanæ; cujus rei quidem Aedituꝰ noster monendꝰ non est, cùm habeat instructionem suam.

Conſultores erant inſtructi ſuſpicionibꝰ. horâ ~~ſalu~~ 3tia ſalutata in Oratorio B. V^e diſtributi ſunt exeuntibꝰ SS. Menſtrui. 1754. Martius.

3. Dom. 1. Quad. Conventus. Exhortatio. Suſpenſæ Imagines Paſſionem Dñi repræſentantes.

10. Dom. 2. Quad. Conventus. Exhortatio.

17. Dom. 3. Quad. Conventus nullus ob Promulgationem Congregationis majoris. Cōmodato inter plura alia etiam ſceno noſtro Sylveſtres ante aliquot annos recèns confecto: verum aliqua utut modica omnino non reſtituta, et ſceno malè detrito; quin et perforato non uno foramine. Hoc denique eſt merces exhibiti obſequij! Similia fiunt ſæpius, dum una vel altera vice ab Æditua noſtri templi pro octavis SS. PP. Noſtrorum /: quod quidem prohibuit in futurum. S. P. Rector :/ integer omnino ornatꝰ Congregationis noſtræ à Præſidibꝰ aliarum Congregationum alias et veſtes Romanæ, caſſides theatrales, aliaque plurima cōmodato accipiuntur, diutiꝰ ſæpius, quàm nos ipſi adhibeamꝰ. quod eo magis videtur indignum, quod illi in formulis annuis integrum, vel plures; Congregatio major etiam 4. aut quinque florenorum centenarios accipiant: minor autem Congregatio Studioſorum, nonniſi 50. circiter florenos /: computatis etiam cereis :/ annuatim oblatos numeret. Et quid ad nos Congregatio Matris Doloroſæ, ~~quæ~~ non confoederata, et nihil omnino commodi in nos refunden~~te~~s? cuiꝰ Præſes tamen aliquoties pro genio ſuo veſtem Romanam, nonniſi elegantiſſimam, petijt; et cùm una vice non adderetur caſſis elegantiſſima, verbis ſatis inurbanis poſtulavit potiùs, quàm rogavit elegantiorem. Quod ſi tamen quocunque demum aliis ~~com~~ ſive ad comoedias, ſive Proceſſiones, ſive quemcunque alium uſum indulgere viſum fuerit,

1754. Martius Conſultum erit 1º ut tradantur iſta per Sacriſtanos Ordinarios, nec aliis, præſertim externis tradantur claves armarii, veſtiarii: nec ipſi imittantur, cum ſoleant alias omnia perturbari, plura etiam non indicata accipi, vel ſaltem ſupellex noſtra omnibus innoteſcere, quo ſic nimio uſu deteratur, ut nos, ſi indigeamus, aut reparare, aut omnino novam ſubſtituere debeamus. 2º ut omnia alias conceſſa accuratiſſimè ſcripto annotentur, ne memoriâ excidant, et repeti poſſint, uti ordinariè plura poſt longius tempus deberent, ſi velint omnia recipi. Experto crede Ruperto!

24. Dom. 4. Quad. Conventus. Exhortatio. Suſcepti Tyrones, tribus exceptis, omnes: promiſſa et ſubjuncta à geminis Oratoribus oratiuncula. Hymnus Ambroſianus decantatus à Muſicis. Hodie denique ultimò ſuffragia ~~claſſi ann~~ pro Defunctis ex confœderatis congregationibus Sodalibus indicta pro hoc anno. Nulla miſerunt, ſicut jam per plures annos, Bambergenſis, et Herbipolenſis: itèm Augna m̄. Rotenb. et aliquot minores Congregationes, ex quibus forte alii defecti.

31. Dom. Paſſion. Conventus. Data bona opera, et diſtributi SS. Menſtrui.

25. feſt. Annunt. B. V. M. Media 7. in Oratorio Sacrum, ſub quo comunio Sodalium præſcripta. Liberum tamen erat S. Synaxin accedere illis, qui heri primum ſuſcepti fuerant in Sodalitatem. Muſica tamen nulla fuit inſtructa, quia Seminariſtæ erant impediti ob feſtum Titulare Majoris Congreg.

Aprilis.

5. Feſto Matris Doloroſ. Med. 10. in Oratorio Sacrum, quod dicere voluit ipſe R. P. Rector, præſentibus pluribus Patribus, et Magiſtris omnibus. Ara ſolenniter exornata fuit, ut alias, niſi quod loco imaginis ordinariò proſtaret Imago Matris Doloroſæ ſuprà januam Oratorii alias ſuſpenſa. Fuerunt feneſtræ obductæ nigris valvis à Cong. Majore comodatis. Muſici lugubre inſonârunt Planctum Ma.

7. Dom. Palm. Conventus nullus. Ejus loco convenerunt in Oratorio illi, qui opus pœnitentiæ in diem Sabbathi S. meditabantur, ut indicatis Præſidi nominibus de neceſſariis

1754. Aprilis.

proſpici poſſet.

12. Dies Paraſcev.

Proceſſio in honorem Chri Patientis inſtituta à Congregatione Matris Doloroſæ, quæ cum Congregatione Majore alternare ſolet. Ad nos nihil pertinet. cōmodavimus tamen multa, quæ ægre fuerunt reſtituta

13. Sabb. Sancto.

Horâ 2. Proceſſio ad cenotaphia Domini ſequenti Ordine. Prodivit Genius ~~cum~~ peplo tectus. Duo Ductores pullati. Cruciferarius cum Acolythis ~~veſtitu~~ togis nigris. a 4. Scholis ſecundum ordinem. Poſtea à Rhetoribus geſtabatur ferculum Matris Doloroſæ in crypta montoſa, præfixis imagini 4. urceolis liliorum, candelabris argenteis etc. Concilium Marianum totum velatum cum ſuſpirionibus ſine velis. Præſes cum Mgro Socio. Agmini noſtro ſuum annectebat Congregaō major labaris, Muſicis etc. inſtructum. Cruciferum ſequebantur Poenitentes, etiam ex noſtra Congregatione 1º in veſtibus cilicinis, tum flagellantes et bajulantes crucem etc. labaris diſtincti. Deſcendimus per plateam S. Georgii, et divertimus ad PP. Franciſcanorum templum. Tum reverſi ad priorem plateam inferius, aſcendimus juxta domum Illuſtriſſimi D. Vice-Gubernatoris, ad templum Hoſpitalis: inde ad PP. Paulanos, et Parochiam: tum per iterum per plateam S. Georgii verſus Capellam aulicam, revertimus: denique per plateam, quæ à balneo nomen habet redeuntes, in templo noſtro Christum adoravimus.

Notanda porro ſequentia: 1º Solum ubique Conſilium Marianum templum ingreſſum eſt, ibique quinquies Pater et Ave cum Oratione: Reſpice, quæſumus. recitavit. Totum agmen autem per urbem alta voce recitavit Roſarium. 2. Poenitentes vix potuerunt expectare finem: hinc nullibi morandum fuit neceſſe. 3º Moniti omnes, ne quis ſine licentia ante Proceſſionem

1754. Aprilis.

feriatum abeat. 4. Poſt hanc Proceſſionem nullum agmen exivit. 5. Domunculo pro noſtris Poenitentibꝰ ad induendis, et exuendis in oratorio conſtructo ex parietibꝰ ~~ſub~~ theatralibꝰ. 6. Nomina illorum, qui opꝰ poenitentiæ, ~~petitis~~ peracturi erant, ſcripto annotata, ut veſtes poſt Proceſſionem reſtituere cogerentur, nec ſub noctem cum illis vagari poſſent, ut annis elapſis factum eſt. 7. Schola Synt. calefacta pro flagellantibꝰ. 8. Sumptus Congregaom̄ nullos habuit, niſi 20. Xos pro lotione togarum, et 10. pro hauſtu ſacriſtanis noſtris dato.

14. Dom. Reſur. Nullus pro more conventꝰ. Declmao Rhetorum.

21. Dom. in Albis. Conventus. Exhortao. Abiit cum teſtimoniis ad Scribas Primianꝰ Hueſnagl Rhetor.

28. Dom. 2. poſt Paſcha. Conventus. Data bona opera, diſtributi S. Menſtrui. Tecta poenitentia Karth. Beſſ Synt. m̄. qui refractariè ante Proceſſionem die Sabb. Sancto contra prohibitionem à Præſide factam, ne nimis multi abeſſent, in patriam conceſſerat, utut tribꝰ ttm horis ~~dieb~~ diſtantem.

Majus.

5. Dom. 3. poſt Paſcha. Conventus. Exhortao. Promulgatꝰ Præn. Joſ. Ant. de Kolb Synt. m̄; qui cum optimo nota teſtimoniis Ratiſbona advenit.

12. Dom. 4. poſt Paſcha. Conventus. Exhortao. Electio novi Præfecti Mariani: pro qua propoſiti ſunt in medio Michaël Walter, à dextris Michaël Rubenbaur, à ſiniſtris Præn. Joſ. de Pretti, quo ordine etiam tulerunt ſuffragia, mo quidem centum omnino et quatuordecim.

19. Dom. 5. poſt Paſcha. Conventus. Datæ ſchedæ pro eligendis Conſultoribꝰ, et diſtributi S. Menſtrui.

25. Sabb. Mane miſſi Syntaxiſtæ minores ad apportandas ſellas ex urbe à pluribꝰ ſponte oblatas, præſertim à Præn. D. Wildmaiſter, à Præn. D. de Podenſtein, à Præn. D.

1754. Majus.

Erhard. à Strenuo D. Secret. Reiser; à Consult^{mo} D.
Luffner, à Caupone Urbico, olim Socitis Religioso; à
Stren. D. Erölsher, ab Aulia Matris Doloroso nobis
obstricta, ob plura obsequia præstita: petitas autem nqvit
Gratiosus D. de Gutman. obtinuimus plures, quàm
indigebamus, cùm 50. sufficientissimo, si nro accedant,
ob angustias loci. Constituti duo Rhetores ma-
turiores, qui custodirent Organum Musicum, et al-
tare, ne à pueris insidentibus læderentur. A pran-
dio med. 4. exhibitum prius Drama ad lumen Solis
ob raes priori anno indicatas. In vestiendis
personis proximis se officiosas professæ Stren.
D. Schererin, Strenua D. Stockin, et Consult^{ma}
D. Luffnerin. Cæterùm satis crudos in prævia probatione
quadam musica expertus sum tres DD. Cyclistas. 26. Dom. 6. post Pascha.
Præmissa Promulgatione Mariani Magistratûs.
hora ferè 1^{a} initium datum actioni scenico. Musica
mutilari debuit ita jubente R. P. Rectore, ne Conventus de bona
morte differretur, qui horâ 3^{tia} incipere solet. Peri-
ocho (: ~~...~~ sine involucro papyraceo misso pridie
ad Gratiosos DD. Consiliarios, RR. PP. Franc.
et RR. PP. Paulanos, et quosdam alios: Studiosis
autem nullo distributo, exceptis Clericis, Actoribus :)
Semotum theatrum, loto fenestro ab obsequiosissi- 27. Lun.
mis Rhetoribus

Junius.

Nullus Conventus.
Conventus. Suscepti Tyrones tres. Præmisso Exordio 1. Dom. Pent.
lecto et explicato Regulo. Recitatus Hymnus Ambrosianus. 9. Dom. SS. Trinitis.
Pridie commodata S. Supellex Gratioso D. Cancellario, 13. Fest. Theoph.
et Gratioso D. de Camerrau. Illi gemino Statuo ar-
genteo, 4. candelabra itidem argentea, et duo eleganti-
ores florum fasciculi. Huic autem Imago Crucifixi
lignea ex mensa Profecti, Statuo S. Casimiri et Edm.
duo Illo minores ligneo, 4. minores florum fasces. neuter

1754. Junius.

egit gratias. Crucifixi Imago ad proceſſioē n̄ cōmodat.

16. Dom. 2. poſt P. Conventus. Exhortaō. Lata fuit poenitentia Præn. Wenceſlao de Pauli Rhetori, qui elapſa Dominica, inſuper habito conventu Mariano in domo in qua publicè proſtat venalis cereviſia, cùm tribus PP. Lyceiſtis ab hora 1ª ferme uſque ad 5tam compotationi indulſit, et Præſidi per inſigne mendacium, publicè etiam repetitum, excuſare ſe non erubuit; ~~[illegible]~~ quare à ſuo /: Vice-Conſultoris :/ Officio amotus in ordinem redactus eſt.

20. Jov. Præn. et Grat. D. de Weinzierl Granario hujati ad ornandam pro hodierna Proceſſione aram commodata, et per duos Sacriſtanos Rhetores aſportata ſupellex argentea, videlicet Crucifixi Imago, Statuæ SS. Aloyſii et Staniſlai, 4. candelabra, duo elegantiores florum urceoli, gemino Pyramides: pro quibus præter humanas gratias nihil Congregaōi etiā 1. f. 12. X. Sacriſtanis autem prædictis, qui à Præſide ad aram vigilare juſſi ſunt, et ultro in illa removenda operam ſuam contulere, integrum omnino florenum dono dedit.

21. Ven. feſt. S. Aloyſii. Obita SS. Sacramenta ab univerſis Sodalibus.

23. Dom. 3. poſt P. infra Oct. S. Al. Manè media 7. Sacrum cantatum, ad quod denuo invitatus R. P. Attenbeck, Prof. Caſ. ~~ad quod~~ Serò venère Sodalium ferme 30. aut omnino abfuère, oblivionem plerique cauſati. Horâ 1ª Conventus ordinarius. Exhortaō de S. Aloyſio, et renovatio formulæ in hoc libro contentæ ad annum 1720.

30. Dom. 4. poſt Pent. Conventus. Diſtributi SS. Menſtrui, et data bona opera, in quibus inventi quinque Xgeri.

Julius.

2. Mart. feſto Viſit. B. V. M. Media 7. Sacrum in Oratorio ſine Muſica; quia Seminariſtæ erant impediti apud VV. Moniales, quarum una Profeſſioem Religioſam edidit. Nec confeſſio hodie, ſed in ſequentem diem Dominica ãarum fuit proſcripta.

Conventus. Exhortatio. Lecta poenitentia 13. Soda- | 1754. Julius.
libus, quod licet præmoniti efficaciter, aut abfuerint, aut | 7. Dom. 5. poſt Pent.
ſero venerint ad nuperum Sacrum in Oratorio. ~~debue-~~ in-
iunctum autem fuit Sacrum audiendum die Martis horâ
5.ta in templo S. Georgii. Indicta etiam fuit ſupplicatio
in montem Marianum.

Eduxit hodie Congregatio noſtra pro more ſupplicationem | 9. Mart.
in montem B. V. Auxiliatricis. Manè horâ 5.ta in templo
noſtro datum eſt ſignum campanâ maxima, quo convocati
ſunt Sodales ad templum noſtrum occupaturos ſcamna
ſua ordinaria, exceptis Conſultoribus, qui mediâ 5.ta
tenebantur adeſſe in Sacriſtia. Mediâ ſextâ in medium
templi exivere Genii, Ductores, Crucifixi bajuli, Acolythi,
conſiſtentes infra gradus. Data ſacra benedictione Muſici
ſoli Seminariſtæ intonârent Lytanias Lauretanas uſque ad
S. MARIA incluſivè. Tum perrexit ſupplicatio in locum deſti-
natum, compulſatis templi noſtri campanis. Poſt Rhetores
incedebant Muſici, tum Conſilium ſcipionibus inſtructum,
et Præſes cum Socio Adjutore. Venerabili Imagine B. V.
ornatum, quod à 4. bajulis rubris palliis indutis poſt Muſicos
Conſilio Mariano proferri oportuiſſet, ob tempeſtatem dubiam
domui relictum fuit, ne contingeret, quod anno priore etc. Per ur-
bem cantabantur Lytaniæ Lauret. etiam in reditu. Extra
urbem diſcedentibus Seminariſtis non Sodalibus, item Sacriſtano
primario, qui candelas, et altero, qui togas miniſtrantium
in montanum templum deferret, recitata alta voce Corolla Ma-
riana, præeuntibus poſt ſingulas ſcholas geminis Conſulto-
ribus: qua finita cantatæ Lytaniæ miſſionis, in quas præ-
ibant duo Seminariſtæ uſque ad ultimam ſtationem ante
templum. Ubi aliquantùm ſubſtitimus; cùm enim via per ſyl-
vam eſſet nimis lutoſa, per ordinariam lapidibus ſtratam
aſcendimus, et maturius advenimus. Officio ſolemni, quod
ante noſtrum adventum cantabatur, non niſi ad Offertorium
perducto. Tum à Muſicis Lytanias proſequentibus excepti,
et Conſultoribus ſuis omnibus conjunctis ingreſſi ~~ſunt~~ Matrem pro-
pitiam ſalutavimus, ad cujus aram ſolennius fecit P. Wilh.

1754. Julius

Mays cantata tubas inter et tympana miſſâ votiva. Sub officio ſacrum ad latus dixit Praeſes. Ante et poſt illud data S. Benedictio ſine cantu, expoſito /: dum res Divina durabat :/ Venerabili in hierotheca majore. Muſici iterum intonârunt Lytanias, recitata Corolla Marianâ antè, Lytaniis Miſſionis cantatisque. In templo nostro cantato Salve Regina /: ſub quo Conſilium erat in ſcamnis extra Sacriſtiam :/ Praeſes linteatus ſubjunxit orationes, et Sodales domum dimiſit.

N:1. Monendus aliquot dies antè de hac ſupplicatione A. R. Rector. 2º Praeſes etiam conveniat~~die~~ DD de die cum Praeſide Congregationis Civicae. 3. Ferculum, ſiquidem adhibeatur, adornatur à Sacriſtanis conopeo flavo, duobus candelabris argenteis, 4. flore faſcibus minoribus. 4. Conveniendus pridie Illmus R. et Gratioſus D. Decanus pro petenda facultate exponendi SS. Sacramentum. 5. Monendi Aeditui in Monte, in Parochia, ad S. Ernle, in Hoſpitali, ad B. V. Doloroſam, quod nos de compulſandis campanis. 6. Petendum ex nostro Stylo Toga Monſtrantium s. 6º conſtituendus Genius, gemini Ductores cum rubris palliis 4. bajuli ferculi Mariani: Crucem bajulare poterit unus ex Sacriſtanis: unus etiam vigilabit ad ferculum in domo Hoſpitis ad auferre ſb Proceſſoe, et hinc horâ 5ta audiet ſacrum. 7. 6. cerei ſuppeditur à Congregatione, qui relinquntur: D.vo thus hoc año dedit ſtylum in monte. 9º cerei ex Candelabris Acolythorum requiruntur. 10. Fulcra pro ferculo retenta à Congregatione majore. 11. Ciſta hoc anno injectum nihil ob fiendis exhonſtum gravius. 12. Pauperibus in via dantur eleemoſynae. 13. Pridie monendus A. R. Inſpector de Muſicis. 15. Expenſae poſt Proceſſionem faciendae videantur in libro Rationum. N 14. Proſpiciendum de Sociis. 16. Invigilandum, ne Sodales ſub officio vagentur extra Templum, proſertim ad foeminina cum ſylva

1754. Julius.

Conventus nullus.
Conventus. Exhortatio. Dicta publicè culpa Sim. Mez 14. Dom. 6. poſt Pent.
Synt. mri quod in ultimo conventu etiam ſub ipſa Exhortati- 21. Dom. 7. poſt Pent.
one garrulitati aliisque ineptiis inſigniter indulſerit. Juſſus
eſt ad januam ſtare durante conventu, eoque finito
recitando formula Mariana ſe Augno Patrono nro
reconciliare; pro qua poenitentia poſtea Praeſidi huma-
nas gratias egit. Alii etiam Sodales in genere ſui
officii in variis rebꝫ comoniti ſunt.
Conventus. Diſtributi S. Menſtrui, et data bona o- 28. Dom. 8. poſt P.
pera; in quibꝫ uniꝫ 16. X. inventi ſunt.

Auguſtus.

Conventus nullꝫ ob Proceſſionem in honore S. Ignatii 4. Dom. 9. poſt Pent.
inſtitutam.
Conventus. Exhortatio. 11. Dom. 10. poſt Pent.
Med. 7. Sacrum Cantatum. ad quod plures vel ſe- 15. Dies Jov. feſt. Aſſumpt. B.V.M.
rovenêre, vel abſuere.
Conventus. recitatum Officium B. V. M. Antiph. 18. Dom. 11. poſt Pent.
incipiebat Praeſes: Pſalmos illi, qui ex parte Evangelii
ſedebant.
Conventus. data bona opera. diſtributi S. Menſtrui. 25. Dom. 12. poſt P.
Conventus. Exhortao, et explicao monitorum 1. Sept. Dom. 13. poſt P. et feſto S. Aug. C.
tempore Vacationum obſervandorum.
Horâ 7. Sacrum in Oratorio, ſub quo muſica. 8. Feſtum Nato Virg.
Serovenientes, aut abſentes, qui pauci fuère, ac-
curatius hoc adhuc die ſe excuſârent, quam us-
quam per annum. Porro finito Sacro recita-
ta formula Mariana, et bona propoſita ſcripto
concepta, à ſingulis aræ impoſita, quorum ali-
qua fuère planè heroica. Unus etiam dimidi-
um florenum, alius 6. Xros ſcriptis propoſitis
accluſos B. V. obtulit. Exeuntibꝫ SS. Men-
ſtrui pro menſe Octobri diſtributi ſunt, cum
ſupellectili ſacra, quo hodie adhibita fuit, ut in feſto

1754. Septemb.

Tituli; etiam remota Imago Imaculatæ Virginis, et ad cubiculum Præſidis deportata à Sacriſtano Caſparo Schuſſer, Rhetore, qui in hoc munere ſuo omni laude fuit ſuperior per integrum ann~~os~~, hinc et omnibus Succeſſoribus ad imitationem proponendus. Certè ea accuratione Marianam ſupellectilem curavit, ut ſuam non potuiſſet melius: ea fidelitate indicavit omnia, ut nec minimum ~~detrimentum~~ periculum Præſidem ſubterfugeret, aut detrimentum præſens vel iminens lateret. Operam etiam ſuam in annum futurum, pro neceſſariis caſibus ſponte obtulit in ferias Autumnales decedens. Quæ in commeritam ipſius laudem adnotaſſe æqui, bonique viſum eſt.

NB. Defunctus hoc anno, uti priore, nullus.

A RR. PP. Canonicis Theatinis Monachii ſuſcepti ſunt Ill. ac Gen. D. L. B. de Grieſſenbeck, et Perdn. de Pretti, Rhetores.

Cum teſtimoniis diſceſſerunt

Nob. Erdman. Aoſſeſſ, Synt. m.
Wolfg. Thad. Schmid, Synt. m.
~~Petrus Geiſlöhner, Rhet.~~
Ferd. Schreiber, Synt. m.
Simon Baur, Rhet.
Mich. Walter, Profectur.
Mich. Ant. Richl, Synt. m.
Paulus Albertus Muſsbaur, Rhetor.
Wolfg. Weinlberger, Synt. m.
Io. Jac. Thumann, Synt. m.
Nob. Franc. Xav. Göſchl, Rhet.
Ioan. Jos. Feeg, Poëta.
Erhard. Groß, Synt. m.
And. Wißling, Synt. m. ~~fr. adhuc ictet.~~
Robert. Georg. Schmid. Dörffle. Voraus. de Kopellé.

1754. October.

Novus Annus Scholaſticus

Præſide eodem P. Georgio Obernberger.

Conventus pro more nullus, ob feſtum Dedicaõis T. N. 20. Dom. 20. poſt Pentec.

Conventus primus pridie promulgatꝰ ante Sacrum; affixa in gymnaſio ſchedâ. Exhortãtio brevis. Lecta inſigniora quædam ſpecta feſtô Natõis oblata. Data bona opera, et diſtributi SS. Menſtrui. 27. Dom. 21. poſt Pent.

November.

3. Dom. 22. poſt Pentecoſten.

Conventus, ſub quo recitatum officium pro oĩbꝰ Sodalibus defunctis. Bene monendi, ut Antiphonas ante Pſalmos, et verſiculos ante Magnificat, Benedictꝰ, et Nocturnos ſoli Præſidi relinquant ad confuſionem vitandam. item ut lente recitent, et non incipiant ſequentes verſus, prioribꝰ nondum finitis, quod hodie fruſtra inculcavit ſchedâ, à Secretario prælecta. Officia impreſſa 66. diſtribuuntur, et repetuntur à Sacriſtanis

NB. Circa iſtud tempus præter morem aliàs conſuetum Teſtimonia ex congregatione nra petijt Illuſtmꝰ D. Comes Theodorꝰ Topor de Morawitzky, Philoſ. cand. ad Studia Juridica abiturꝰ Ingolſtadium, quæ etiam optima obtinuit, concepta ad id ſpeciali formula.

6. Merc. Hora 7. cum congregatione majore parentatum defunctis ex Congregãe nra Sodalibꝰ. Præſes ad aram S. Xaverij dixit Sacrum. Dati pro more octo cerei, et repetiti. comodata etiam 4. candelabra argentea.

NB. Sodalis ægrotus.

Eodem hoc die Sacro Viaticô munitꝰ eſt Conradus Bechtl, Synt. m. quare Sodales oẽs ex Curia Paroch. ad domum ægroti, et ab hac ad illam SSmo comitati ſunt ordine Scholarum, proximè Sacerdotem incedente Conſilio Mariano ardentibꝰ cereis inſtructo, aſportatis et repetitis à Sacriſtano Congregationis. Si contingat ſæpiꝰ muniri eundẽ ægrotũ, ſpon. comitātꝰ in ordine.

1754. Novemb.

10. Dom. 23. poſt Pentecoſten. Conventꝰ. Electio novi Magiſtratûs Mariani: hinc med. 1ª convenit Conſilium, à quo propoſiti ſunt in medio Jacobꝰ Stein Rhet. à dextris Nob. Ign. Ludov. Schwarz Ph. à ſiniſtris Baron. Franc. Joſ. Saleſ. de Koſlarn Rhet. Primꝰ potiora tulit ſuffragia. Sua~~dendum~~dendum; ut in ſimilibꝰ electionibꝰ urna dextra non nihil proponatur, cum aliàs ſit deterioris conditionis, quia non eſt ad manum.

13. Merc. Feſti D. Stanislai. Præſcripta confeſſio, et comunio in templo diſtributa à Præſide in ara laterali. comodata Imgo S. Stanislai aula.

17. Dom. 24. poſt Pentecoſten. Manè media 7. Sacrum ſolenne, ad quod ex ſingulari favore admiſſi Tyrones, Syntaxiſtæ Minores, præter unum, qui ſub catecheſi inſolentiꝰ garriverat, omnes. Circa hoc ſacrum videatur Annꝰ 1720. ad diem 21. Nov. A prandio horâ 1ª Conventꝰ Exhortaò de S. Stanislao. Renovaò Formlę ad eundem, impreſſa 1720. quo anno videri pt ad diem 20. Junii. Tum Promulgaò novi Magiſtratûs Mariani etc. Catalogus videri et in ſeparato libro. Subjunctus à Muſicis Hymnꝰ Ambroſ. Inſuper hodie legi ante conſuetum conventum legi liber de vita S. Stanislai. Datꝰ hauſtꝰ PP. Sacriſtanis Lyceiſtis, ad hoc uſque tpris valde ſedulis: uti et DD. Muſicis Superioriſtis. Porro Catalogus novorum Officialium pridie oſtenſꝰ R. P. Rectori.

23. Sabb. Poſt Lytanias in Oratorio ſingulis ſua aſſignata loca ſcdm claſſes, et Alphabetum: additis admonitionibꝰ, ne libris per hanc ſeptimanam, à Profeſſoribꝰ, Congregationis nomine, acceptis nomina ſua etc. inſcriberent, ut præteritis annis factũ eſt. ut abſentes, dum diſtribuuntur SS. Menſtrui, illos non negligant, ſed petant poſtea, dum ſe excuſant.

1754. Nov.

# clausis temporibus
Renovata ~~est item~~ Bibliotheca Mariana, in qua mira
erat confusio, cùm per 25. omnino annos nullus
~~ferè~~ librorum, Catalogo fuisset inscriptus, qui de no-
vo Congregationi obvenere vel per donationem,
vel emptionem: plures inscripti desiderarentur:
alij lacerati essent, aut operculis carerent. ʃ
Consultum fuerit imposterum, ut accuratè scri-
~~bant~~ notentur eorum nomina, quibus libri sive
spirituales, sive literarij comodati fuerint, ut
ad finem anni repeti possint, cùm aliàs certè
non omnes restituantur, ut experientia docet.
item, ut non passim comittantur claves Bibliothecæ
Sacristanis, nisi bene probatis, et monitis, ne
ullum ex illa librum vel accipiant ipsi, vel aliis
dispertiant sine facultate ad id obtenta.

ʃ plerique sine ordine vagarentur.

24. Dom. ult. post Pent.

Conventus, sub quo Exhortaõ paraphrastica
in Regulas à Secretario prolectas. Regula Præf.
Assistentium, Secretarii, Consultorũ lectæ me-
dia 1.a in loco Consilij. Continuatus item mos
ad initium hujus Sæculi jam inductus, ut Consul-
tores secum afferant schedas defectuum in Soda-
libus notatorum testes, Præsidi tradendas, ut
eum charitate, prout videbitur, monere aut
punire possit. # Data etiam bona opera,
et distributa S. Menstrui. Promulga-
ti, qui cum testimoniis recèns ad Congregaõem
nostram accesserunt Ill. ac Gen. D. Franc. Wilh.
L. B. de Rumel, Synt. m. Ratisb. Præn. Franc.
de Fuchs, Poët. Egrâ. Godef. Higler, Poët. Elv.
Præn. Car. de Kern, Synt. m. Straubingâ.

# Pergunt etiam bini semper Consultores ante Conventum per quadrantem vigilare in Oratorio.

December.

1. Dom. 1. Adv.

Conventus. Exhortaõ de præparaõe ad festum

1754. Decemb. Tituli: Moniti Sodales de confessione annua, et alius. Missæ schedæ ad Parochias, et RR. PP. Franciscanos. Tertia affixa ad valvas Ecclesiæ nostræ.

D. Dom. 2. Adv. et Festum Tit. Congregationis

Festo D. Nicol. in Rhetorica per Prof. Assist. et Secret. item Sacristanu' primum venditi cerei, signatis in Catalogo nominibus, et pretio etc. Sacristanis et geminis ipsibus gratis dati.

Ipso festo Imaculatæ Virginis Sacro horâ 6. Musica non fuit adhibita, quia Seminaristæ aliàs satis occupati per diem. Officium Cantavit Adm R. D. Par. Hospit. Ant. Diell, qui etiam Imaginem Congregationis reparavit. Ad cultum Deiparæ præstandum non potenter minùs, quàm ferventer animavit Sodales R. P. Paulus Kraus, Prof. Cas. Genis in urbe se induit. ~~Itaq~~ Socium Præsidis egit in Processione M. Xav. Janner, qui eum in finem maturiùs à catechesi rediit: ad quam habendam exiit cum Sociis Gramatistis, uti et M. Poëseos, ut Sodales renovationi formulæ interesse possent. Pulsatores templi Officiò suo minimè satisfecerunt, dum et serius, et breviùs, et, ~~dum~~ cum post Lytanias redivimus ad gymnasium in ordine, omnino nullum campanis signum dederunt. Nec satisfecit legibus Marianis Pron. Franc. De Fuchs, qui manè post Sacrum de Dominica, in Casula tamen Congregationis ordinaria, quia colore cœruleo saltem illusa, ~~[illegible]~~ à Præside dictum, nescio qua de causa aufugit, nec formulam Marianam renovavit: cereum tamen dimidio floreno emptum reliquit. Porro Missa solennis in Templo celebrata de festo cum Commemorae Dominicæ. Reliqua, ut fere, ut anno priore. Invitati, ad hoc festum, ante octiduum DD. Sodales Congregaois Majoris.

1754. Decemb.

Per hanc Septimanam bina fuerunt habita Tyrocinia in Rhetorica. primum die Martis hora 12. à ſolo Præſide. ſecundum die Sabbathi poſt Lytanias; in quo recitantes audiverunt Primi ex Conſilio Mariano.

15. Dom. 3. Adv. Conventus. Exhortatio, qua finita recitatæ Lytaniæ pro illis Sodalibus, qui ſe in nupera renovatione formulæ Marianæ egregiè liberales exhibuêre, præcipuè ex Rhetorica. Habita etiam die Martis et Jovis Tyrocinia.

22. Dom. 4. Adv. Conventus. Exhortatio.

29. Dom. infra Oct. Nat. Xti. Conventus. Data bona Opera. Diſtributi SS. Menſt. Tyrocinia ſ.

Annus 1745. Jan.

5. Dom. ante Epiph. Conventus. Exhortao. Promulgata primò Suffragia pro Sodalibus ex congr. confœderatis, ut anno priore. Tyrocinia ſ.

12. Dom. 1a poſt Ep. Conventus. Exhortao. Suffragia. Tyrocinia. Porro R. P. Provincialis in Viſitatione decrevit, ut deinceps ſupellex Mariana aliis non commodaretur, niſi data mercede.

19. Dom. 2. poſt Epi. Conventus. Exhortao. Suffragia ſ. Tyrocinia ſ.

26. Dom. Sept. Conventus. Data bona Opera. Diſtributi SS. Menſtrui. Suffragia. Tyrocinia. Monita pro poſtre. P. Præſi:

Februarius.

2. Dom. Sexag. et feſt. Purific. B. V. MARIÆ. Manè hora 7. Sacrum in Oratorio, ſub quo P. in Ciborio minore templi noſtri conſecravit hoſtias pauciores decade circiter, quàm ſint Sodales, cùm aliqui Muſici ſub ipſa Sodalium et Tyronum Communione impediti illa in Ecclia S. Georgii obire debeant. Diſtributa S. Synaxi reſiduas particulas ſumpſit ipſe Myſta, qui miſſam dixerat de Eâ in caſula congregationis ordinaria, utpote conteis etiam coloribus diſtincta. Cæterum occaſione

1755. Februar.

missæ hujus; jam Anno 1722. cum facultate R. P. Prov. legi coepto satis inhumanum se exhibuit P. Praefectus Templi; qui Praesidem, contra Ordinem à R. P. Rectore praescriptum, in tabula destinaverat Sacro in ara summa I. N. dicendo media 7. cum tamen 5. Patres superessent, ad aras laterales dicturi. Cumque ea de re moneretur, P. in responsis dedit, hodie non esse festum Purificationis in Choro. Tum voluit, ut conducatur pro Oratorio sacerdos saecular~~em~~is, aut ipsemet Praeses interpellat aliquem ex nostris ad se in templo sublevandum. Re tandem ad R. P. Rectorem delata ~~pro~~ in Praesidis favorem lata est sententia.

Susceptio Tyronum.

A prandio Conventus. Exhortatio. Promulgata suffragia. Moniti Sodales de isthoc tempore modestè transigendo. Suscepti Tyrones ad Sodalitatem, Syntª m̄. unus, et 44. Syntª m̄.res postq consuetis temporibus fuerant instructi, et elapsa Dominica in scholis Consultorum insignem laudem tulerant. Quare heri jam, sub schola, qui voluerant, confessionem generalem peregere, et post Lytanias cereos in Rhetorica emerunt. 6. ante 1ª praesentati omnes Consilio Mariano. Susceptioni praemissa, et subjuncta Oratiuncula, quam excepit Hymnus Ambrosianus solenniter decantatus. Aemanas, prorsus post Conventum gratias egêre Praesidi Neo-Sodales, quorum Mgr etiam praesens fuit. DD. Musicis Lyceistis et Sacristanis datus haustus.

10. Die Lunae post Dom. Quinq.

Ante 2. praeeunte Genio, Ductoribus (: quorum Scipiones cumleis palliis erant instructi :) Crucifixi bajulo et Acolythis in vestibus à templo comodatis, ascendimus ad Templum, ubi per horam comprecati sumus; musica aliqua suave et modestam (: sine tubis et tympanis adornantibus Seminaristis.

Conventus. Exhortatio. Lecta suffragia: item poeni- 1755. Februar.
tentia Joanni B. Loos, Poëtæ, quòd jam sæpius ante et 16. Dom. 1ª Quad.
durante conventu garriverit in Oratorio, non obstanti-
bus piorum dehortationibus etc. jussus est flexis genibus reci-
tare quinquies Pater et Ave. Sub finem Conven-
tus recitatæ Litaniæ Lauretanæ pro Neo-Sodalibus
quibusdam, ob magnam eorum liberalitatem in obla-
tione formulæ. Illorum sex erant aut de integro,
aut saltem ex parte, sanguine, ut piè creditur, pro-
prio exaratæ.

Conventus. Data bona OO. et distributi SS. Menstrui. 23. Dom. 2. Quad.
Lecta Suffragia. Bambergâ ad nos delat. gest. Leon. Merckl. sch. Martius.

Conventus. Exhortatio. Suffragia ultimò hoc an- 2. Dom. 3. Quad.
no promulgata. Bambergâ, Herbipoli, et Roten-
bergô ~~hoc~~ iterum nulla est missa: item Oenipontô,
Solodorô. et novem minoribus Congregationibus, ex quibus
prout illi, nullus est mortuus. Dicta culpa

Eidem Jo. B. Loos, cui nigeri, quòd geminos Consul-
torum lictores /: Schergen :/ et quidem coram plu-
ribus Condiscipulis vocaverit, aliorum etiam delicto-
rum reus. Jussus est durante Exhortatione flecte-
re in medio. Pro qua poenitentia bis humilli-
mas egit gratias Præsidi, veniámque erratorum
petijt et omnem~~que~~ in futurum emendationem
spopondit.

Conventus nullus, ob Promulgationem novi Ma- 9. Dom. 4. Quad.
gistratûs Mariani celebratam à Congreg. Maj.
confoederata, cui ~~Pro~~ Instaurationi subjuncta
Triduana recollectio etc.

Conventus. Data Bona Opera, in quibus inventi 16. Dom. Passion.
12. X^{ri} Ingens porro beneficium Divinæ Pro-
videntiæ in Sodalis cujusdam bonis operibus, quæ
omnium primò, ex reliquorum cumulo ~~legerat~~ aperuerat,
legit Præses, in hæc verba: Quod ad majorem

1755. Martius.

Congregationis noſtræ, et B. V. MARIÆ honorem, ac S. Coletæ gloriam cedat! Com̄unico, ac Soli Rev.dæ Paternitati V.ræ intimo, me DEO caſtitatem meam devoviſſe, ſæpius tamen per humanam fragilitatem cecidiſſe, ideoque in ultimâ diſtributione SS. Menſtruorum, in qua S. Coleta mihi obtigit, cum ſubſcriptione: *Extirpatio Carnalium amorum. Pro iis, qui DEO caſtitatem devoverunt*, admonitum fuiſſe, diligentiùs quò cuſtodiam ſenſus meos. Pro quo beneficio debitas Magnæ Matri gratias ago. NB. Juverit tamen, aliquot certè an̄is, iſta ſilentio premere, ne in notitiam Auctoris veniatur, quod ob aliquas circumſtantias facilè contingere poſſet.

19. Die Mart.

SS.mis Myſteriis ad iter æternitatis rite munitus Nob. Ign. Ludov. Schwarz, Rhet. variolis periculosè decumbens. Obſervata ea, quæ 6. Nov. prioris anni in ſimili caſu. In reditu tamen ad Ecc̄liam Parochialem SS. Sacramentum comitatus eſt Præſes, utpote Profeſſor, qui prius jam apud ægrotum erat cum Socio Fratre.

19. Die Merc.

Mors Sodalis

Sub mediam 9.am Nocturnam piè in Domino obiit idem Juvenis, à vitæ innocentia, reverentia erga Superiores, obſequendi ſtudio, aliiſque virtutum ornamentis plurimum com̄endandus. Cujus mors altero die ante ſacrum ab ipſo Præſide in ſcholis indicata Sodalibus, et indicta ſuffragia, per 8. videlicet dies Pſalmus *De profundis*, cum Oratione, et ſemel Officiū Defunctorum recitandum privatim, intra iū geminas Septimanas nullus ampliùs conventus eſſet habendus. Hinc per Sacriſtanum Congreg. quantocyus diſtributi libelli illud continentes. Ab eodem, tertio quadrante ad 7.timam, datur ſignum campanâ majore templi noſtri. Hora 7.a Præſes, congregationis nomine, Sacrum funebre (~~pro~~ cùm nullum feſtum Duplex celebraretur :) pro Defuncto dixit in ara ſum̄a, præſentibus Diſcipulis Lycei et gymnaſii.

Jung Sodal

20. Feſt. Mat. Dol. Manè horâ 9.ª elatum funus à 6. Condiſcipulis, ſex aliis cum tædis ardentibꝫ à Cong. ſubminiſtratis, pone feretrum incedentibꝫ; pullo veſtitu, et peplo ex pileis pendulo. Proceſſit agmen Geniꝫ itidem Rhet. gemini Ductores; Crucifixi /: qui ob tempus Paſſionis tectus erat :/ bajulꝫ, et duo Acolythi, qui togas ab Æditúo S. N. mutuas acceperant, ex Rhetorica omnes. Secutum eſt totum gymnaſium Docens et Diſcens: Clerus: funus. Pannꝫ ſandapilo inſtratus, à Cong. Majore mutuatꝫ. Sub officio funebri, præſente corpore, in Eclia Parochiali cantato Sacrum etiam dixêre P. P. Præfectꝫ, et Profeſſor Defuncti. In ordine redivimꝫ ad Collegium quadrante poſt Undecimam. Hinc coena etiam dilata.

22. Sabb. Media 10. in Oratorio Sacrum in honorem Mat. Doloroſæ, quod heri impeditum fuit. Omnia obſervata, ut anno priore; niſi quòd dicta fuerit Miſſa Votiva de heſterno feſto; et Muſici, cùm Sacro nondum exeunte Planctus Marianꝫ jam finiretur, cantilenam quandam de Beata quidem, tempori tamen minùs convenientem ſubjunxerint, monendi in annum futurum, ne ſimile quid contingat.

23. Dom. Palm. Cong. Conventûs horâ 1.ª in Oratorio, nomina ſua Præſidi indicabant illi, qui opus aliquod poenitentiæ in diem Sabb. S. meditabantur.

28. Dies Paraſc. Supplicatio ſolenis inſtituta ad Cenotaphia Dni à Cong. Majore ad nos nihil pertinet.

29. Sabb. S. Hora 2. Proceſſio. Geniꝫ cū peplo. Ductores pullati cum violaceis palliis in ſignionibꝫ. Imago Crucifixi cū velo cæruleo nro, et Acolythi cū togis violac. ex templo. Veſtes ciliciniæ /: quæ meliꝫ forte omitterentur, quia nõ ſtent eſſe mundæ, et die Ven. adhiberi, quod Præſidi ante nõ conſtabat; cùm ſint Congregaois Majoris :/ Tum flagellantes 20. denique ex Lyceo: bajulantes Scholæ. Adhibita 4. labara à Cong. Annuntiatæ

1755. Martius. mutuata. Feretrum Matris Dol. quod solum fuit adhibitum; praecedebant Musici Soli Sem.d Planctum Marianum decantantes. Claudebat agmen Profes. cum Socio Coadjutore. In Grammatica et Rudimentis se praebuerunt flagellantes et bajulantes; q. Utraque Syntaxis calefacta à Pulsatoribus, uti et aqua. Constitutus aliquis, qui librum de Passione praelegeret usque ad initium Passionis Processionis. Arma Spiritualia, quae cum nostra non sufficiant, comodantur itidem à Cong. majore. Sumptus pro dealbandis Scholis, et lavandis togis remissi ab Eadem, ob plurima obsequia ad nuperam Promulgationem, et hesternam Processionem à nobis praestita in comodanda supellectili. Haustus datus Sem.is portitoribus ferculi, et Sacristanis nostris, et Cong. majoris, quibus tamen in futurum negari poterit; cum etiam nostri nil requirant ob labores Eidem impensos. Reliqua vide anno priore, et in libro Rationum.

30. Dom. Resur. Conventus nullus ob Declamationem Rhetorum, more aliis annis recepto.

Aprilis.

6. Dom. in Albis. Conventus nullus ob Promulgationem Cong. Maj. confoederatae hodie celebratam.

13. Dom. 2. post Pasch. Conventus. Exhortatio. Recitatum Miserere, cum Psalmo De profundis (: quamvis solita suffragia privatim jam fuerant persoluta :) pro defuncto nuper Sodale, utpote Benefactore Cong. et hinc etiam privatis Omnium precibus denuo comendatus. Formulam etiam suam renovavit Io. Conrad. Bechtl, Synt. m. qui festo Tituli morbo fuit impeditus: quorum, dum Sodales exiverant, in ipsum facere jussi sunt tali-qui alii, quibus lectis nominibus dicta est culpa, quod die Sab. S. opera poenitentiae peregerint, (: sine licentia :) minus discreta: eorumque unus parvulus Crucem, ~~ma~~ prope Xenodochium in via reliquerit. C

Conventus. Exhortatio. 1755. Aprilis.
Conventus. Electio novi Magistratûs Mariani. 20. Dom. 3. post Pas.
Propositꝰ in medio Prn. Franc. Sales. Jos. de Bossern 27. Dom. 4. post Pas.
à dextris Maximinꝰ Baur, à sinistris Joan. Bapt.
Pezl, Rhetores. Primꝰ eminenter potiora tulit suffra-
gia. Distributi Sancti Menstrui: Bonorum ope-
rum loco aræ sunt impositæ schedæ Consultorum Majus.
electivæ.
Conventus nullꝰ ob exstructum theatrum. 4. Dom. 5. post Pasch.
Pridie allatæ sellæ à Synt.is mm. Media 4.a primo 11. Dom. 6. post Pasch.
exhibitum Drama; cujus titulus: Neglectæ Vocatio- Promulgaõ
nis poena. Periochis etiam impressum nomen Præfe- æstiva.
cti, quia ex Pernobili, et nobis addictissima familia.
Ipso die autem Promulgaõis inchoatæ hora ferè
1.a sub finem lectus Catalogus, et audito Præfecti no-
mine subjunctꝰ à Musicis plausus. Jam Vespero,
ita volente R. P. Rectore. Postridie remotum
theatrum. Reliqua ut anno priore.
Nullus pro more Conventus ob crastinā Declam. 10. Dom. Pent.
Conventus. Præmisso Exordio explicatæ regulæ. Data bo- 25. Dom. SS. Trinit.
na opera, et distributi S. Menstrui, in qbꝰ inventi
16. X.ri recitatus Hymnꝰ Ambrosianꝰ ob nuperam
Promulgationem. Regulæ Consultorum ante 1.a lectæ
in loco Consilii.
Comodato Gratioso D. Cancellario Statuo argenteo, 20. Pridie Theoph.
apportato et reportato à Sacristanis; nulla gratiarum
actione subsecuta. Grat. D. de Camerpau dato Sta-
tuo ligneo S. Casimiri et Edmundi, cum Crucifixi I- Junius.
magine lignea, et 4. minoribꝰ florum fascibꝰ.
Conventus. Exhortaõ. Lecta poenitentia 3. Pater 1. Dom 2. post Pent.
et Ave in templo persolvenda à fribꝰ Synt.is mm.bus
eo quod in foro auscultaverint Agyrtæ indecen-
tia proferenti. Sub finem conventus dictum Pater
et Ave pro nisse cujusdam Sodalis in ultimis
bonis Operibꝰ indicata.

1755. Junius.

5. Jovis. oct. Theoph. Omnia ut anno priore.

8. Dom. 3. poſt Pent. Conventus. Exhortaõ.

15. Dom. 4. poſt Pent. Conventus. Exhortaõ. proſcripta conf. et communio pro feſto S. Aloyſii in templo peragenda.

22. Dom. 5. poſt Pent. Exhortaõ de S. Aloyſio, et renovaõ formulæ ad eundem. ara ſolenius exornata.

29. Dom. 6. poſt Pent. Conventus. Data bona opera, ~~ut año~~ in qbus inventi 10. X^ri et diſtributi S. Menſtrui.

Julius

2. Feſto Viſit. B.V. Horâ 7. Sacrum in Oratorio ſine Muſica; quia Semnaſtæ erant impediti apud PP. Moniales. Confeſſio dilata in Dominicam animarum.

6. Dom. 7. poſt Pent. Conventus. Exhortatio. Puniti, qui à nupero Sacro ſine cauſa abfuerunt.

10. Jovis. Supplicatio in montem Marianum hucuſque dilata, quia Congregaõ Major ante octiduum pluviis impedita eandem primum inſtituit die Martis elapſo. Obſervata cæteraque, ut anno priore, niſi quod ferculum Immaculatæ V^ris fuerit exhibitu; ipſe Præſes Officium cantaverit, et per ſylvam aſcenderit. Singulariter dilaudata fuit modeſtia Sodalium erectis manibus per urbem incedentium. Non ſine damno etiam ex monte redire coactus eſt hoſpes ille, qui farcimina venalia habuit, cùm ex voto Præſidis nullus Sodalium durante Officio iſto exceſſerit.

13. Dom. 8. poſt Pent. Conventus. ~~Exhortatio~~

20. Dom. 9. poſt P. Conventus. Exhortatio.

27. Dom. 10. poſt P. Conventus. Data Bona OO. in qbus inventi 25. X. et diſtributi SS. Menſtrui.

Auguſtus.

3. Dom. 11. poſt P. Conventus nullus ob Proceſſionem in honorem S. Ign.

10. Dom. 12. poſt P. Conventus. Exhortatio.

15. Feſt. Aſſumpt. Horâ 7. in Oratorio Sacrum muſicum.

17. Dom. 13. poſt P. Conventus. Recitatum pro more Officium majus B. V. ut anno priore diſtributis in hunc finem libellis et finito conventu repetitis. Plurimi qui ad nuperum Sacrum ſero venerant, juſſi ſunt lectis nominibus, ~~finitis precibus~~ 7. Pater et Ave recitare in Oratorio. 7

nominatim autem punitus est Georgius Paulus Stadler, Synt. m. quòd nuper non sine scandalo aliorum ultra duodecimam nocturnam in taberna cerevisiaria commoratus sit.

24. Dom. 14. post Pent.

Conventus. Exhortatio et explicatio monitorum tempore Vacationum observandorum, quo prolegit Secretarius. Moniti omnes de restituendis Congregationi libris, ita ut hoc fieret in Rhetorica die Lunae à Rhetoribus, die Martis à Poëtis, Merc. à Syntaxis majoribus, Jovis à Minoribus; die Veneris afferrentur libri Scholastici, die Sabbathi instrumenta poenalia. Illos colligebant prudentiores quidam Rhetores, deletis restituentium nominibus: hoc recipiebat ipse Praeses. Moniti, si qui testimonia petituri erant, de schedis.

31. Dom. 15. post Pent.

~~Data~~ Conventus. Data bona opera, et distributi SS. Menstrui.

~~Augustus.~~ September.

7. Dom. 16. post Pentec.

Cum hodie Discipuli ad revisendos Parentes sint dimissi, Sacrum in Oratorio dictum fuit cum Musica, horâ 7. Ara, ut in festo tituli magnificè fuit exornata. finito Sacro oblata bona proposita. Exeuntibus dati SS. Menstrui pro mense Octobri. Imago Congregationis tempore Vacationum asservatur in cubiculo Praesidis. Sacristanis datus haustus ad prandium.

Cum testimoniis discessere
Georgius Martinus Jos. Ascher,
Joañes Baptista Kerner,
Joañes Leonardus Gabriel Merckl, Rhetores.
Franciscus Michaël Steininger,
Joannes Fridericus Will,
Josephus Michaël Zañer,
Joan. Jacob. Moser, Synt. maj.
Fran. X. Göz, et Paulus Paur. Synt.es minores.

1755. Octobr

+

Novus annus Scholasticus 1755.

Præside P. Andrea Schermer.

19. Dom. 22. Conventus nullus

23 Jov. 24 ven. 25 Sabb. Distributi Sodalibus libri ex Bibliotheca Mariana.

26. Dom. 23. Primus Conventus pridie affixa Scheda promulgatus Sodalibus. Data bona opera; et distributi P. Menstrui. lecti et, qui recens ad nostram Sodalitatem aliunde accesserunt allatis secum testimoniis nimirum

Illustris ac Generosus D. Sigismundus L. B. de Wildenau a Schwarzenfeld ex Neoburgensi B. V. M. ab Angelo Salutata

Mathias Weinzierl Rhetor ex Ratisbonensi B. V. M. sine labe concepta.

Georgius Simon Hettenkoffer Synt. Major ex eadem Ratisbonensi

Ignatius Simon ex Halensi B. V. M. sine labe concepta.

28. Mart. Primum Tyrocinium habitum.

Discesserunt et cum testimoniis Præn. D. Jo. B. de Löwenthall Logicus. D. Maximin. Paur Logicus. Præn. Maximil. de Wamersee Synt.

November.

November.

2. Dom. 24 post Pent. nullus Conventus fuit, quia hora 1ma in templo nostro vesperæ cantabantur; et illis finitis vesperæ cum Matutino defunctorum.

6. Jov. hora 12 habitum tyrocinium; mane autem exe-

Exequiæ annuæ Sodalium defunctorum

quia pro Sodalibus defunctis in templo nostro. Dati cerei octo pro illustranda tumba cum quatuor Candelabris nostris argenteis. Ceteroquin reliquia cum Candelabris rediere. P. Praeses Sacrum legit ad Aram Divi Xaverij sub officio funebri, quod sumptibus Congregationis majoris Civicae celebrari solet.

9. Dom. 25. post P.

Conventus ordinarius. Recitatum officium pro defunctis nostris Sodalibus. indicta, praescriptaque Confessio pro festo S. Stanislai Secundarij Patroni Sodalitatis nostrae, item in diem sequentem Dominicam Electio novi Magistratus Mariani. Cum testimoniis ad nos accessit Illustr. ac Gen. D. Jacobus Car. Jos. S. R. I. de Püecher Rhetor ex Straubingana B. V. sine labe concepta.

12 Tyrocinium.

Insinuatum tyronibus, gratum fore, si cum reliquis Sodalibus Sacras Religiones obirent in honorem S. Stanislai.

13 Festum S. Stanislai.

NB. in Oratorio Sacrum legendum die S. Stanislai

Plerique Sodalium ex manu Praesidis accepere Sacram Synaxin in templo sub officio ad Aram Sancti Patris Nostri. Sciendum, quod annis superioribus die hac Sancto Stanislao secundario Patrono Congregationis nostrae Sacra Sacrum fuerit lectum in Oratorio Mariano, a quo suo more minime recedendum esse existimatum fuit, siquidem nullum detur impedimentum.

16. Dom. 26. Pent. Electio novi Magistratus.

Hodie post exhortationem instituta Electio novi Magistratus. in medio propositus est Georgius Paur, a dextris Thomas Fanner, a sinistris Josephus Reiser Rhetores: secundum hunc ordinem ceciderunt et suffragia. ad finem Conventus renovata formula Votiva ad S. Stanislaum, de quo et exhortatio agebat. ne tempus eriperetur Conventui post electionem, Consultores cum suis schedis iam media 1ma convenerunt. Reliqui Sodales una cum Consilio singuli in suis chartulis pro statuendo novo Consilio notarunt duos ex Rhetorica, et unum ex Poesi. Praescripta Confessio pro futuro festo Praesentationis B. V. Mariae.

1755. Nov.

19. Iov. Tyrocinium hora 12. institutum. moniti Tyrones de peragenda confessione festo Praesentationis Sodalibus praescripta.

20. Ven. Ornata per Sacristanos Ara in Oratorio conopaeo erecto, et reliqua omnia praeparata ad legendum crastina die Sacrum in Oratorio. Candelabra tum argentea, et statuas altero primum die solent Sacristani ex cubiculo R. Praesidis ad Aram deferre.

21. Festum Praesentationis B. V. Mariae. Hora 7ma Sacrum in Oratorio legit R. Praeses Sacramque Synaxin Sodalibus distribuit. postea concilio ardentibus cereis comitante divinae Reliquiae in templum deportatae sunt. Sub Sacro facta Musica.

22. Dom. 24. post Pent. Promulgatio Hyemalis. Sub Conventu Ordinario praemissa brevi Paraenesi de institutione Magistratus Mariani est facta Promulgatio a Dno Secretario, qua finita Mariano Senatu in medio stante solenniter decantatus est Hymnus Ambrosianus. Musicis et Sacristanis datus haustus. Ordo novorum Officialium videri potest in Catalogo Sodalium etc.

Iov. 27. Tyrocinium.

30 Dom. 1. Advent. Tyrones admittuntur in Oratorium. Conventu Ordinario praemisso brevi exordio explicata regula. moniti Sodales de confessione annua ad Festum Titulare peragenda item de aliis tunc praestandis. Tyrones 1ma vice admissi in Oratorium, postquam pridie finitis Litaniis singulis Sodalium classibus sua certa statio in Oratorio a Praeside fuit destinata. qua occasione moniti omnes de sanctissimo silentio, attentione sedula, et reverentia erga Augustissimam Patronam profundissima. Restaurata consuetudo, qua bini ex ordine Consultorum ante Conventum ascendere solent in Oratorium ad notandum, castigandumque garriendi

Notanda # de Schedis Sandi in Consilio etc.

1755. Decemb.

11/16

licentiâ sub lectione spirituali. item petita a singulis Consultoribus Schedæ alijs annis dari solitæ, in quibus de malis Sodalium moribus testari debita cum charitate consueverunt. moniti et omnes publice, ut, quando praescribitur Confessio, eam semper pridie peragant, ne altera die sero veniant in Oratorium, aut omnino non compareant, quemadmodum nuperrime factum ab aliquibus.

4 Dec. Jov.

Hora 12. Instructi fuerunt tyrones

5. dec. Ven.

Hora 12. a tyronibus purgatum sordibus ferme annuis Oratorium fuit.

6. Sabb. Festum S. Nicolai.

Hodie sub vesperam Scheda promulgatoria Festi nostri Titularis Missa ad Parochiam et PP. Franciscanos. tertia affixa est ad valvas templi nostri.

7. Dom. 2. Advent.

Praeparatio ad Festum Tituli

Affixa ad valvas Gymnasij tabula comprecationum. finito officio vendita cera a Praefecto, duobus Assistentibus, Secretario seu Notario et Sacristanis in Schola Rhetorum. Hora 1ma nullus fuit conventus ob instans Festum Tituli; coeperunt tum Sacristani ornare Oratorium. Constitutus et est Genius, Crucifer, duo acolythi, duo Ductores, moniti, qui ad horas singulas signum darent comprecationis. et Eulogia nostra data sunt 3 ℔ ceræ Virginis pro more aliorum annorum. invitata et Congregatio Major civica.

8. Festum Immaculatæ Conceptionis Titulare Congr.

Mane 3tio quadrante ad 6tam campana maxima datum populo signum ad Sacram Benedictionem hora 6ta compulsatum omnibus campanis. R. P. Praefectus pridie rogatus a Praeside majore Hierothecâ benedixit populo, Concilioque Mariano ardentibus cereis instructo. Hora 7ma R. P. Sacrista Dominicus Ott Ciborium cum consecratis hostiis ex Ecclesia in Oratorium deportavit praeeuntibus duobus Acolythis, sequente Concilio cereis item ardentibus ornato. post Sumptionem SS. Mysteriorum idem R. P. Sodalibus distribuit Sacram Synaxim insonante simul pia ac modesta musica. finita tandem ultima parte Missæ eodem ritu Venerabile Sacramentum in templum deportatum est. tum

1755.
December

Praeses legit Sacrum in Oratorio paucis ex ignorantia remanentibus. Aliud Sacrum ibidem legit quidam P. Parochus, ad aram serviente quodam Illustrissimo Comite de Morowitzky Jurista. Sub hoc tempus matutinum, quo patuit et civibus accessus ad Oratorium, Marianae Arae formulam suam quasi furtive imposuit Praenobilis D. Henricus Maria de Loewenthal Philosophiae Studiosus, licet sua a nobis testimonia ad initium anni Scholastici iam obtinuerit: erat autem formula gravata 2 fl cum dimidio; tam difficilis bonis animis separatio accidit a Virgine Immaculata. Hora 9 Officium solenne cantavit R. P. Aug. Palik Officiator templi Ordinarius, pridie una cum duobus Levitis ad id invitatus. Ad hoc Officium Sodalitas solenni ritu accessit ex Gymnasio, praeeunte videlicet Genio cum Lictoribus, sequente Crucifero cum Acolythis, agmen Sodalium claudente Praeside cum Socio etc. dum interim omnes consonabant campanae. Sic quoque finito Officio reditum in Gymnasium est. Media 1ma pomeridiana loco Lectionis instructa Musica hora 1ma Sodales facundissime iucunda, atque utilissime allocutus est R. P. Calixta Dominicus Ott praesentibus multis ex nostris et externis. Dum cantabatur formula, accendebantur cerei; absoluto cantu recitata, et denique oblata fuit Musicis interim Hymnum Ambrosianum decantantibus. Finitus conventus solitis est precibus. Hora tertia eodem ordine itum ad vesperas, reditumque, quo mane ad Officium. Subin remota Ornamenta Arae a Sacristanis multum defatigatis, et in Cubiculum P. Praesidis reportata, quibus propterea etiam largior non nihil potus concessus est. Reliquas expensas vide in rationibus pro festo titulari etc.

7. Dec.

Tyrocinium hora 12ma distributus ordo diurnus cum tyronibus, tum et plerisque Sodalibus a Praeside ad ipsorum preces singulari studio ac opera concinnatus.

1755. Decemb.

Conventus. exhortatio. Data Scheda consueta a Consultoribus – – – –	Dom. 3. advent.
Hora 12ma tyrocinium, ad quod est vocatus Praefectus Congregōis cum uno ex Assistentibus, ut audiret recitantes tyrones, id quod fere semper fieri solebat.	16. die Martis
Conventus. exhortatio. –	Dom. 4ta advent. 21. dec.
Tyrocinium tempore, et more ordinario.	23. die Mart.
Conventus, data bona opera, distributi SS. MM.	28. Dom. intra 8vam. Nativitatis
Hodie expedita sunt Suffragia ad Confoederatas Congregaões numero 45 pro Nobili Ignatio Ludovico Schwarz 19. Martij prioris Anni Scholastici hic Loci defuncto.	31. die Merc. Suffragia mittr ad Confoederatos

1756. Januarius.

Sub Officio ex manu Praesidis plerique Sodalium acceperunt SS. Eucharistiam ad Aram S. P. Ignatij.	1. Festum Circumcisionis D. N.
Conventus, Exhortatio, Lecta Suffragia	4. Dom. infra 8. Circumcisionis
Tyrocinium –	8. die Jov.
Conventus Exhortatio Lecta Suffragia Die Martis et Jovis tyrocinia – Circa hoc tempus abiit a nobis Joa. Bartholomaeus Steinberger Synt. Major sine testimonio; petiit autem et obtinuit testimonia Joa. Wenceslaus Kominek Synt. major, et Jac. Urbach Rhetor. Reliqui Sodales remissa ad preces alicuius viri in autoritate constituti publica poenitentia, privatim acerrime sunt reprehensi.	11. Dom. infra 8. Epiphan.
Conventus Exhortatio Lecta nomina defunctorum Confoederatorum Tyrocinia per hebdomadem –	18. Dom. II post Epiph. Festum SS. Nominis Jesu.

1756. Jan.

25. Dom. III. post Epiph. Conventus. Data bona opera, et distributi SS. Menstrui. Consuetam Cantilenam de Sanctis Virgineis propter singularem suavitatem et devotionem protrahi jussit R. Praeses usque ad 3tium quadrantem cum tempus illud non expleat distributio SS. Tyrocinia per hebdomadem.

Februarius.

Februarius.

1. Dom. IV. p. Ep. Conventus Exhortatio. moniti Sodales de peragenda Confessione pro sequente Festo Luminum.

2. Lun. Festum Purif. B. V. M. Hora 7ma Sacrum, et Communio in Oratorio ritu consueto.

Per hebdomadem Tyrones instructi ad Confessionem Generalem.

7. Sabb. Rogati Confessarii ad excipiendas Confessiones Generales Tyronum, postquam illos P. Praeses finito in aula Sacro in Oratorio ad id praeparato ad actum Contritionis disposuit, qua sacra exercitatione finita ad confitendum dimissi fuere.

8. Dom. V. p. Ep. Suscepti Tyrones Conventus, sub quo suscepti Tyrones ritu consueto, habitis nimirum Orationibus ante, et post susceptionem, observatis reliquis omnibus, quae sub anno priore notata.

15. Dom. Septuag. Conventus. Exhortatio.

22. Dom. Sexag. Conventus. Data bona opera, distributi SS. Menstrui.

29. Dom. Quinquag. Nullus pro more Conventus.

Martius.

Martius

1. Dies Lun. Hora Comprecationis Affixa mane Scheda Sodales denuo moniti sunt de hora Comprecationis in templo, quapropter 3tio quadrante ad 2dam convenerunt in Gymnasio, inde praecedente Genio cum duobus Lictoribus, Crucifero item et duobus Acolythis ad templum in ordine ascendimus

1756. Martius

118

Praeside cum quodam R. Magistro ad id invitato agmen claudente. finita hora eodem ordine reditum in Gym. Serotina data Musici, qui per horam precantibus admodulati sunt ultronea Opera.

7. Dom. Quadrag
Conventus: Exhortatio.

14. Dom. II. Quadr
Conventus Exhortatio

21. Dom. III. Quad
Nullus Conventus propter Promulgationem Magistratus Majoris Congr. ad quam perhumaniter invitati fuimus.

25. Festum Annunciationis B.V.M.
Media 7ma Communio in Oratorio. Sacrum legit R. P. Praeses, et consecravit sub eo hostias, residuasque sumpsit purificato ciborio, ne per aulam majorem redeundo cum Sanctissimo res turbaretur sacra Sodalium Annunciationis p.

28. Dom. IV. Quadr
Conventus, distributi S. Menstrui, et data bona opera. Facta poenitentia Synt. min, quod se non excusaverit ob geminam in Conventu absentiam.

Aprilis

Aprilis.

4. Dom. V. Quadr. seu Passionis.
Conventus. Exhortatio. moniti Sodales, ut qui velint obire poenitentiae opus publicum, sistant se P. Praesidi Dominica sequente Palmarum in Oratorio tempore Conventus ordinarij.

9. Ven. Festum 7 dolorum B.V.
Media 10 Sacrum in Oratorio legebat R. P. Ant. Henfling Phys. absente R. P. Rectore, qui alias invitatus est. Cantabant Musici planctum Marianum. Aderant ex Collegio PP. Clerique cum MM. et discipuli totius Gymnasij. Ara ornata est qua potuit elegantia cum Icone Matris dolorosae. excluso Solari lumine candelae cereae supplebant diem.

Dom. Palmarum
Loco Conventus in Odeo a Praeside eorum Sodalium nomina notabantur, qui quoddam poenitentiae opus subituri essent sequente Sabbatho Sancto.

16. Parasceve
Supplicatio hac die instituti solita nihil pertinet ad Congregationem nostram, nisi quod aliqua commodentur Praesidibus petentibus, ut mutuas nobis vices eo libentius praestent, quo saepius iisdem indigemus.

1756. April

Sabbatho Sancto

Proceſſio ad Ceno-
taphia D. N. J. C. — Hora 2da pro more aliorum annorum fuit inſtituta pia Proceſſio Sodalium noſtrorum ad Cenotaphia Domini. vide annum priorem 1755 item 1754 &c. Notandum 1mo diligenter, ut publice moneantur Sodales, quod a Praeſide nemo prorſus dimittendus ſit ad ferias alibi celebrandas ante finitam hanc Proceſſionem, ſecus pro abuſu hujus loci fere omnes dilabentur. 2o. Non eſſe concedendum, ut noſtri Sodales in publica hac ſupplicatione ſerviant Congregationi Majori ſive ut faciferi ad Tumbam Domini, ſive ut Genii vel Miniſtri &c. id quod hoc anno ne ſalutato quidem Praeſide contigit. 3. ad excitandum fervorem Sodalium noſtrorum validius, et ad aedificandum publicum ſplendidius eſſe videtur, ſi noſtri poenitentes, non cum Majoribus commixti, ſed ſeparatim, et noſtro duntaxat cum agmine certis diſtincti claſſibus incederent &c.

19. Dom. Reſurrectionis. — Nullus pro more Conventus.

25. Dom. in Albis — Conventus. Exhortatio, diſtributi S. Mh. datae bona opera.

Majus.

Majus.

2da. Dom. post Paſcha. — Conventus. Exhortatio.

Dom. 3. Paſch. — Conventus. Exhortatio. indicta eſt futura electio novi Magiſtratus.

Dom. 4. Paſch. — Electio novi Magiſtratus. in medio poſitus eſt Thomas Zanner, a dextris Elyas Stigner a ſiniſtris Jos. Seiſer Aſſeſſores. primus tulit omnino 65 ſuffragia. diſtributi ſunt S. Menſtrui

Dom. 5. Paſch. — Conventus nullus ob extructum Theatrum pro futura promulgatione.

1756. Maij

Sabbath. 29 Maij

Promulgatio festiva Dom. 6. post Pascha. 30. Maij

prima vice exhibitum drama Marianum in Oratorio nostro finitis Litaniis; allatis pridie ex Urbe Pellisa sunt [illegible] minoribus.

Hora 1ma Promulgatio novi Magistratus cui hesternum drama subjunctum. quo eodem tempore P. Praeses Majoris Congregationis celebravit Conventum contra morem priorum omnium annorum; cum utraque Sodalitas mutuo foedere conjuncta altera alteri semper adhuc honorem hunc habuerit, ut alterutra conventum non vocaret, in theatro apparente una; idque quod perhumaniter observavit nostra, licet non invitata. Nihilominus venerunt multi ex praecipuis Consultoribus aegre hanc novitatem ferentibus &c.

Junius

Junius

Dom. Pentecostes

Oratorium reparatum.

Nullus Conventus

Hoc tempore reparatum est Oratorium nostrum sane situ squallidum, et inornatum. 1. remotis illis vetustissimis squallidissimisque Aulaeis, queis muri ac latera omnia Oratorij non tam ornabantur quam obscurabantur, purgati, refecti, dealbatique parietes. 2o binae fenestrae secundum altare, quae nullum antea usum habebant utpote tapetibus illis objectae, de novo et integro restitutae, vitris pellucidis, et recentibus regulis ex ligno quercino constructae. Organum musicum colore argenteo-coeruleo tinctum inauratis regulis atque parergis. Album Marianum, et theca circum lignea penitus labefactata et destructa partibus, quas vetustas et Sacristanorum impetus decusserat, aegre iterum repertis, de novo compacta. Scamna multa, et Sellae a Scriniario et Ephippiario curatae. nova mensa pro Secretario; nova theca lignea pro Imagine Congregationis Senioris cu-

1756. Junius. ſtodienda parata. Sparia ex tela candida, eaq; venuſta de novo coempta pro quatuor feneſtris, quæ ſuſtentantur ligneis ſupra coronis cæruleo colore, auroq; diſtinctis. faber ſerarius pro ſingulis feneſtrarum alis contra ventos firmandis uncos fecit ferreos &c.

13. Jun. Feſto S. Trinitatis. non potuit hac dominica haberi conventus propter Oratorium a ſordibus nondum repurgatum; quia item Ara miſere et mire confracta adhuc in manu medicorum erat.

17. Feſtum Theophoriæ. Petiit pridie pro more per famulum ſuum Gratioſiſſ. D. Cancellarius ſupellectilem argenteam Congregationis noſtræ, quam tamen poſtea, utut a Præſide conceſſa, repudiavit, offenſus forte, quod Præſes dixerit famulo, hoc onus utut ſingulis annis a Congregatione ſubeundum nullis adhucdum gratiis eſſe compenſatum. Gratioſiſſ. D. tamen pau auxit ſtatuas ligneas &c.

20. Dom. 2. Pent. Conventus. Exhortatio de Sancto Aloyſio ſecundario Patrono Congregationis noſtræ. Sancti Imago in Ara expoſita. indicta eſt confeſſio.

21. Jun. Feſtum S. Aloyſii S. J. ſecundarii Patroni. Pridie convenit Præſes cum Profeſſoribus Gymnaſii de inſtituenda aliqua comprecatione ad Aram Sancti Aloyſii in templo. annuentibus illis ita per claſſes diſtincta ſunt tempora, ut Rhetores hora 4ta inciperint obſidere Aram Angeli uſq; ad 5tam. reliquis per vices ſuccedentibus claſſibus Gymnaſii omnibus in 5uas ſemper turmas diviſis &c. hora 7ma ſacrum in Oratorio legit Præſes, et ſacram Sodalibus Synaxin diſtribuit muſicos inter concentus. Per octavam Sancti Aloyſii P. Rhetor media 10ma ſuos in Oratorium deduxit ad colendum Divum in Ara adhuc conſpicuum, et propoſitum.

Dom. 3. Pent.

Conventus. Exhortatio de regulis observandis. distributi S. MM. data bona opera. indicta confessio libera pro festo Visitationis.

Julius

Julius

Festum Visitationis B. V. M.
2. Jul.

Media 7ma Sacrum legit in Oratorio P. Praeses et distribuit Sacram Synaxin.

4ta Jul. Dom. 4. Pent.

Hodie per accidens nullus fuit Conventus, quia Congregatio major tempore conventus in aula sua exhibuit breve dramation musicum in honorem Ill. ac Gen. D. L. B. de Wildenau Sodalis, et Praefecti Jubilaei. Potuisset Congregatio nostra par pari referre celebrando Conventum, quemadmodum nuper egerat major minore nostra in scena prodeunte, sed pro vindicta placuit modestia.

D. Jov.
Peregrinatio in Monte Mariae annua.

Hodie pro more aliorum annorum instituta est Supplicatio ad Matrem in monte propitiam. Observata omnia, quae aliis annis, nisi quod e monte reduces per urbis compita usque ad templum S. Georgii non Musici cantarant, sed omnes simul Sodales concentu sane suavi et pie consuetas Litanias decantaverint, id quod magnam in urbe laudem, et commendationem retulit.

Dom. 5. Pent.
11. Jul.

Conventus. Exhortatio, privatim, et publice acriter quidam reprehensi propter quondam excessus in luxu, et rei divinae neglectum.

Dom. 6. Pent.
18. Jul.

Conventus. Exhortatio.

Dom. 7. Pent.
25. Jul.

Conventus. distributi S. Menstrui, et data bona opera.

1756.

Augustus.

1. Aug. Dom. 8. Pent. Conventus. Exhortatio.

8. Aug. Dom. 9. Pent. Conventus. Exhortatio. indicta Confessio pro futuro Festo Assumptionis B. V. M.

15. Aug. Dom. 10. Pent. Festum Assumptionis. Media 7ma in oratorio splendide exornato Sacrum legit, et Sodalibꝫ Sacram Synaxin distribuit R. P. Petrus Schmid Praefectus Gymnasij. Sacras hostias sub missa ipsꝫ consecravit; et reliquias postea assumpsit aurificato Ciborio, quia Sanctissimum per Aulam Gymnasij commode reportari non potuit, utpote occupata a Sodalibꝫ majoris Congregationis. Hora Conventus ordinarij recitatum in oratorio pro more aliorum annorum Officium Majus B. V. Mariae. Libelli distribuuntur a Sacristanis.

22. Aug. Dom. 11. Conventus. Exhortatio.

29. Aug. Dom. 12. Conventus. distributi S. MM. data bona opera. moniti Sodales de restituendis libris Marianis, et aliis Poenitentiae instrumentis.

30. Aug. Lun. Hodie collecti libri, Sodalibꝫ ex Bibliotheca Mariana distributi, & cilicia item, et flagella privatim ad Praesidem delata.

September

September.

5. Sept. Dom. 13. Conventus, sub quo explicata monita tempore Vacationis observanda. data a Sodalibꝫ bona proposita eodem tempore Vacationis non violanda. distributi S. MM. pro mense Octobri. indicta Confessio pro festo Nativitatis B. V. Mariae.

8. Sept. Festum Nativitatis B. V. Mariae. Hora 7ma Sacrum in oratorio splendide ornato legit Admodum R. P. Franc. Ant. Dietz a Praeside singulariter invitatus; ad Sacram Synaxin accesserunt Sodales in tempore praescripta et a R. P. Praefecto. Sub Sacro post oblationem renovata a Sodalibꝫ Formula Votiva ad B. V. item et ad S. Aloysium, et Stanislaum.

Cum testimoniis discesserunt
Antonius Hierl Syntax. Major.
Franc. Xav. Meng Synt. Major.
Joan. Georg. Ant. Söltl Synt. Major.
Joan. Mathias Weinzierl Rhetor.
Joan. Ant. de Kolb Poeta.
Joan. Jos. de Weinzierl Poeta.
Leonardus Hämerl Rhetor.
Nob. Godefr. Higler Rhetor.
Joannes Georgius Kramer Synt. major
Christophorus Freisinger Synt. major.

Novus Annus Scholasticus

1758.

Praeside eodem P. Andr. Schermer

October. — October

Nullus pro more Conventus ob dedicationem templi nostri. — Dom. 20. post Pent.

Distributi Sodalibus libri ex Bibliotheca Mariana notatis accurate Sodalium nominibus, et librorum acceptorum titulis, ut possent iterum repeti. — 25 Lun. 26 Mart. 27 Merc.

Primus Conventus, prius affixa Scheda Sodalibus indictus. data bona opera, et distributi B. Menologii. Lectus quoque Praenob. Maximil. Jos. Wibmer Rhetor, qui ex Straubingana ad nostram Congregationem cum testimoniis accessit. item Illust. ac gener. D. Franc. Xav. L. B. de Luentl Gramat. Glattovia cum testimoniis veniens. Nob. Joan. Georg. Urban Ingolstadio Synt. major — Dom. 21. post Pent.

November — November

Hora 7ma funebria celebrata pro defunctis Sodalibus. P. Praeses legit sacrum ad Aram S. Xav. dati 8. cerei, et quatuor Candelabra; qui re- — 5. Veneris. Exequiae annuae pro defunctis Sodalibus

1756. Novembr. dixerunt ad nos una cum reliquiis cereorum.

N.B. existimavit P. Praeses majoris Congregãois, cereos deinceps ad has exequias a nobis 12 esse adhibendos, eo quod duo Altaria recens exstructa et suos haberent mystas. respondi, videri mihi cereos istos a minore Congregãone subministrari non ad altaria, sed ad illuminandam tumbam; paratum me tamen esse ad dandos duodecim, seu singulis altaribus binos, si Sacrificantium Sacerdotum (quibus Congregãeo major stipendia elargitur) intentio, et Missarum applicatio etiam se extendat ad Sodales ex minore nostra Congregãone defunctos; de qua conditione cum ille se cogitaturum dixerit, nos interim duntaxat et adhibuimus cereos.

Dom. 22. post Pent. 7. Nov. Conventus, sub quo recitatum pro more Officium Defunctorum. instruendi porro Sodales sunt, praesertim circa Antiphonas, et

N.B. Responsoria brevia Lectionum, secus confusio erit, et nulla proinde devotio.

Mart. 9. Distributi et Tyronibus libelli Sacri. Testimonia petiit Joan. Jos. Pyrthmayr Synt. Major

Sabb. 13. Festum S. Stanislai. Confessio praescripta ultimo Conventu fuit indicta, quia S. Stanislaus Secundarius est Patronus Congregãonis nostrae. Communionem sub Officio omnes Sodales a Patre Praeside acceperunt ad Aram S. Stanislai, et Domini Socii.

Dom. 23. post Pent. 14. Nov. Conventus. Exhortatio de S. Stanislao. Electio novi Magistratus. in medio propositus fuit Ill. ac Gen. D. C. B. de Wildenau. a dextris Joa. Georg. Heyman; a sinistris Ferd. Spajer. ad finem Conventus renovata formula ad S. Stanislaum.

Dom. 24. Post Pent. Festum Praesentaois B. V. M. Praescripta Communio in templo obita, Missa enim in Oratorio legi non potuit ob exstructum iam theatrum: hinc nullus a prandio Conventus.

Finitis Litaniis exhibitum est pium Drama ad Novembr. 1756.
Lampades, praesente copioso, et nobili spectatore Sabb. 27.
ad quam actionem et mature invitata Congregatio
Major, quae idcirco nullum Conventum celebravit.

Media prima promulgatus est novus Magistratus Dom. 1. Advent.
tum Scena denuo aperta. Debuit anticipari pro 28. Nov.
Conventus de bona morte hora 3tia habendus. Promulgatio
ad levandos sumptus lampadum unus et alter Sodalis Hyemalis.
liberales se exhibuerunt. Singulari modo cautum
fuit, ne per erectionem, et remotionem Theatri vitiaretur
murus, atque Oratorij.

December

December

4. Sabb.

Primum tyrocinium fuit habitum

Conventus. Exhortatio de praeparatione ad Festum 5. Dom. 2. adv.
Titulare. indicta Confessio Annualis pridie
peragenda. monita reliqua, quae observanda.
ad Parochiam, et PP. Franciscanos missae Schedae
promulgatoriae, una cum affixa valvis templi
nostri.

Mane statim in Gymnasio appensa tabula, 7. Mart.
in qua notatus Ordo Comprecationis, Tyrones cum
Scopis purgarunt Oratorium, et Scalas. hora 12.
in Rhetorica a Praefecto, Assistentibus, et Secretario
vendita Sodalibus cera consueto pretio. cerei
gratis dati Sacristanis duobus, et quibusdam
pauperibus. a prandio Ornatum Oratorium,
praeparatum compositum, quod nova, eaque ele-
gantiore Corona a Statuario affabre facta
et a pictore argento et auro liberaliter illustrata
condecoratum. accessit et ad pallium pretiosum Ci-
borij, quod elapso iam anno a Congregatione com-
paratum, hoc autem praesente ab acu phrygia
novos accepit splendores, diadema elegans, et

8. Dec. Festum Titulare Congr. Im. ac. Conc.

nitidum pretio unius aurei. Moniti pulsatores campanarum, Praefecti ministrantium, Praefecti Musicae ante, et post prandium et tempore Scholae dimissi Sodales ad peragendam Confessionem annuam; quare a Praeside rogati sunt Confessarii, ut adirent Sacra Tribunalia; id quod libenter, et cum fructu praestiterunt.

Ipso Festo mane 3tio quadrante ad 6 datum primum signum ad Congregandum campana maxima. Hora 6. compulsatum est, et Hierotheca majore expositum S. Sacramentum praesente Consilio Mariano ardentibus cereis instructo, qui post impertitam populo benedictionem a Sacristano iterum collecti sunt. Musica sub hoc Sacro adornata non fuit, volente ita P. Praeside, ut Musici quoque suum haberent tempus S. Sacramenta suscipiendi, alias per totam fere diem continuo impediti.

Hora 7ma S. Sacramentum in Hierotheca minore ex Templo in Oratorium deportavit R. P. Minister praecedentibus Acolythis, et cum ardentibus cereis sequente Consilio. ibi finito Sacro, quod pia Musica animabat, idem R. P. Minister Sodalibus Sacram Synaxin distribuit, alterum interim Sacrum inchoante P. Praeside. eodem postea ritu in templum reportatum est S. Sacramentum.

Paulo ante 9 ex Gymnasio ad templum ascendimus hoc ordine. praeibat Genius Cruce et clypeo insignis cum duobus ductoribus. Sequebatur Crucifer cum duobus Acolythis. his succedebant Tyrones summa modestia, Syntaxistae majores, Poetae, Rhetores, Consilium Marianum cum Praeside, et ejus Socio M. Carolo Clasmann, resonantibus interim omnibus Campanis. quo ordine et finito Officio reditum est ad Gymnasium C. Officium cantavit R. P. Aug. Walek Ordinarius Officiator rogatus et invitatus a Praeside, assistentibus illi duobus Levitis pridie invitatis. invitatus et R. P. Chori-regens C. toto tempore antemeridiano a civibus et nobilibus magna frequentia visi tatum Oratorium Loci Religione, præsertim Pulcherrimæ nostræ, et Augustissimæ Matris admirabili specie attracti. hinc exundabant per vices Sacristani. Media 7ma piæ Lectionis loco in Oratorio Musica adornata est. hora 7ma pro more ascendit Consilium, recitatis consuetis precibus vacavit Exhortationi, quam ferventissime ad Sodales multos ex nostris præsentes faciebat R. P. Ant. Henfling Professor Phys. finita Exhortatione Cantata formula, dum interim cerei accendebantur Sodalium. tum recitata, et formulæ oblatæ, Musicis Te Deum cantantibus consueta Oratio finiit Conventum.

Hora 3tia eadem, qua mane ad officium, ad Vesperas Solennitate ascensum, et reditum. Supellex argentea primum post 5tam removeri potuit propter visitantium, et orantium accursum. Datus est haustus Sacristanis, et Musicis.

12. Dom. III. adv. Nullus Conventus propter festum Titulare proxime transactum. Ejus tamen loco Tyrocinium est habitum, præsente ōd Præfecto et 1mo Assistente qui recitantes audire jussi postea discesserunt. Solo remanente Præside, et instruente eo. visitatæ ōd Schedæ confessionales, et aliqui deprehensi, qui confessionem annualem dissimularunt, ordinaria contenti, hinc illam peragere de novo sunt compulsi. ad nostram Congregationem cum testimoniis accessit Antonius Franck Poeta Ratisbona veniens.

14. Mart. Hora 12ma Tyrocinium - -

16. Jov. Hora 12ma Tyrocinium

17. Ven. ✠ Sodalis mortuus. Hodie ante 9 matutinam pie in Domino defunctus est Præn. Joan. Georg. Jos. de Poienstain Rhetor n. solo ægrotans triduum, ultimis fere morientium Sacramentis munitus. fuit is Juvenis præclaræ indolis, reverentiæ summæ erga superiores, et innocentissimæ vitæ, raptus verius a divina Bonitate, quam avocatus, ne malitia mutaret

1756. Decembr intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius, tanto Angelorum gaudio, quanto Matris viduae dolore &.

10. Sabb. Hora 7ma fecit Sacrum pro defuncto in Ara Suma P. Praeses, audientibus Studiosis omnibus, invitatis et Consanguineis defuncti. 3tio quadrante ad 7. datum signum campana maxima ad hoc Sacrum ab uno ex Sacristanis Congregationis. arserunt 4 cerei in Ara Suma, qui finito Sacro iterum reportati sunt ad Praesidem.

Sacrum pro defuncto Sodali.

Dom. 4ta. adv. Conventus Ordinarius, sub quo praemissa brevi Paraenesi recitatum Officium pro defuncto. Finitis vesperis extulimus funus Fran. Joa. Geor. Jos. de Podenstein Rhetoris et Sodalis sequenti ritu. totum Agmen ex Gymnasio descendens praeibat Genius Sodalitatis nigro tectus peplo a P. Praeside majoris Congregationis petito. hunc comitati sunt duo Ductores vestitu nigro defluentibus ex pileis peplis. Sequebatur Crucifer cum Acolythis. Dein Principistae et reliquae Classes suis distinctae Professoribus. funus ferebant 6 ex Rhetoria peplis et nigris palliis instructi. Porro ex utraque parte sequebantur alii 6. Rhetores eodem modo vestiti, faces gestabant. ubi ventum est ad locum sepulturae substitimus, donec preces consuetae pro defuncto a Sacerdotibus persolverentur. tunc in ordine reditum ad Gymnasium. Stragula mortuale, peplum item pro Genio, et Velum pro Cruce suppeditavit Congregatio Major rogata prius a Praeside. Vices porro funebres et functiones omnes in se susceperunt Rhetores Am̃o suo Condiscipulo ultimum amorem contestaturi. Gratiosa defuncti Parens duobus Ductoribus et 6 bajulis pepla donavit nigra. Congregationi remisit 6 faces ad funus sui sumptibus comparatas. &c.

Funus Sod. ✠

Diebus Jovis et Sabbathi habita Tyrocinia.

Expedita sunt Suffragia pro defuncto nostro ad Confoederatas Sodalitates.

1756. Dec.

Nullꝰ Conventꝰ ob Declamationē Rhetorū 26. Dec. Dom.
Die Jovis Tyrocinium. Festo S. Steph.

1757. Januariꝰ

Januariꝰ

Exhortatio paraenetica in regulas, tum distri- 2. Jan. Dom.
buti S. Menstrui, et data bona opera.
Diebꝰ Martis et Sabbathi Tyrocinia.

Conventꝰ, Exhortatio. promulgari hoc tem- Dom. 1. Epiph.
pore coepti Sodales defuncti ex Confoederatis
Sodalitatibꝰ, et finito Conventu consueta persol-
vi Suffragia.
Diebꝰ Martis, et Jovis Tyrocinia

Conventꝰ, Exhortatio. Locū aegrotantis Dom. 2. Epiph.
Secretarÿ occupavit interea Vice-Secretariꝰ
Habita per hebdomadem Tyrocinia.

Conventus, exhortatio Dom. 3. Epiph.
per hebdomadē Tyrocinia

Conventꝰ. data bona opera, in quibꝰ Dom. 4. Epiph.
reperti ex oblatione gratuita Sodalium 1 fl 30 x.
distributi S. Menstrui. indicta Confessio pro
Festo Purificationis.

Februarius

Februariꝰ.

Hora 7ma Missa et Cōmunio in Ora- 2. Festo Pu-
torio pro more. privatim punitꝰ est Rhe- rificatiōis B.V.M.
tor, quod nō comparuerit. Tyrocinia per hebd.

Conventꝰ. Exhortatio. lecta poenitentia Dom. Septuag
Cuidam ex Poetis, quod ambulare cū puella sit visꝰ
ob Rhetorū quis publice compellatꝰ, et admonitꝰ eo
per hebdomadem tyrocinia —

1757. Febr.
Dom. Sexag.

Conventus. exhortatio ad cavenda peccata per Bacchanalia, quem in fine Sodalibus praeivit formulam Marianam ipse praeses finita exhortatione praeter morem aliorum annorum.

Tyrocinia per hebdomadem

Dom. Quinquag.
20. Febr.

Nullus pro more Conventus.

21. Dies Lun. ante Cin.

Mane per affixam Schedam moniti Sodales sunt de hora Comprecationis. hora 2da ex Gymnasio ad Templum ascendimus in Ordine alias consueto. praeibat nimirum Crux cum duobus ductoribus, tum Crucifer et duo Acolythi, Sodales secundum Classes, Consilium cum Praeside, et Dnus Magister. Completa hora, sub qua Sodales Musici peramoenam Musicam adornarunt, eodem ordine redivimus in Gymnasium Consonantibus Campanis.

Dom. I. Quadr.
27. Febr.

Conventus. Data bona opera, distributi S. Menstrui.

per hebdomadem fere quotidie instructi Tyrones ad peragendam Confessionem Generalem.

Martius

Dom. II. Quadr.
6. Martii.
Suscepti Tyrones

Conventus Suscepti Tyrones, pridie generaliter Confessi ceteris a Congregatione exemptis. Observata omnia, quae in legibus praescribuntur. ex nostris Solennitati interfuere P. P. Nicol. Kelner P. P. Christoph. Rieser.

Dom. III. Quadr.
13. Martii.

Conventus. narrata historia Sacra moniti Sodales, ne ad ferias discederent ante Sabbathum Sanctum propter Processionem publicam a Congregatione nostra ad Cenotaphia Domini instituendam.

Dom. IV. Quadr
20. Mart.

Nullus Conventus propter Promulgationem Majoris Congregationis, ad quam fuimus perhumaniter invitati.

25. Festum Annunciationis B. V. Mariae

Media 4ma Communio in Oratorio ex novo Ciborio prius benedicto, quod Congregatio sibi comparavit propriũ ad evitanda multa incõmoda, quæ hactenus ferenda erant in mutuando, et ex templo ad Oratoriũ deportando alieno. Pars superior, tota nimirũ pyxis ex argento solido, quod P. Præses ex vetustissimis et iam dudũ reiectis florũ vasis, neque hactenus pro argento reputatũ ad ciboriũ applicavit. Pes affabre, et perquam eleganter elaboratus ex cupro inaurato confectus est. pro labore, et auro impenso artifici Aurario dedit Congregatio 22 fl. addidit tamen idol ex suo duas uncias argenti.

27. Dom. V. Quadr

Aprilis

1. Festũ 7 Dolor

Conventus, distributi Sancti MM. et data bona opera. 7 Pater et Ave recitata pro variis Benefactorib⁹.

Media 10ma pro more omniũ aliorũ annorum Sacrum in Oratorio, quod legit R. P. Rector.

2. Sabb.

Sodalis SS. Sacramentis munitur.

Media 10ma ultimis morientiũ Sacramentis ad iter æternitatis munitus est Joa. Bapt. Mayer Poeta, quod et paulo post ingressus est. Sodales pro more SS. Sacramentũ ex Parochia ad domũ ægrotantis, et inde iterũ ad Parochiã comitati sunt, ita, ut Consiliũ Sacerdotẽ cũ ardentib⁹ cereis imediate sequeretur, reliqui secundũ classiũ ordinẽ incipiendo a minorib⁹ Syntaxistis.

3. Dom. Palm

Loco Conventus in Oratorio a Præside notati sunt illi, qui Sabb. Sancto publicũ pœnitentiæ opus obire vellent.

4. Lun.

Funus Sodalis ✠.

Hora 7ma in templo Sacrũ pro defuncto legit P. Præses in ara sũma duob⁹ ordinariis Ministris Congregationis. Signũ dedit 3 quadrante unus ex Sacristanis campana maxima ardebant 4 cerei, quos Sacristani retulerunt postea. Hora 10. elatũ est funus supra dicti Joa. Bapt. Mayer, Sodalis in paucis egregii devotione admirabilis virtute masculæ, morib⁹ omni laude dig-

April 1757. nissimis. mortuale stragulum commodavit nobis Congregaõ Major; tedas dedit nostra, reliquis Charitatis Officiis omnibus functi sunt Poetae condiscipuli. Comitati sunt funeris pro more Gymnasium et Lyceum. et Professores gymnasij.

Die Parasceves Solennis Processio ad Cenotaphia Dñi Congregaõis Majoris, quam vestibus nostris tum Sericeis, tum et poenitentialibus adjuvimus. De caetero ad nos non pertinet.

Sabb. Sanctum 9. April Ante 2dam Congregaõ nostra eduxit Supplex et copiosum poenitentium agmen pro more aliorum annorum hoc ordine. 1. Cereus cum duobus ductoribus pullatis 2. Imago Crucifixi portata ab ultimo Sacristanorum cum duobus acolythis. 3. poenitentes in vestibus hirsutis cum labaro a Congregatione majore commodato. 4o. Cruciferi cum labaro. 5. flagellantes cum labaro. 6. Syntaxistae minores cum labaro. 7. Synt. Majores cum ferculo Matris dolorosae ab Humanistis et Syntaxistis majoribus portato. 8. poetae et Rhetores cum ferculo Matris sine labe conceptae velo subtili tecto a quatuor Rhetoribus portato. 9. Musici Seminaristae cantantes Planctum Marianum. 10 Consilium Marianum pullatum cum facculis. 11. Profess. cum Sociis. per plateas alta voce recitabatur Rosarium. Solum Consilium Ecclesias intrabat, et dictis 5. Pater et ave cum Oratione Respice quaesumus Domine super hanc familiam tuam, prosequebatur iter aliis vestibulum subsistere jussis. itum autem 1o ad PP. Fran. 2. ad Templum Hospit. 3. ad PP. Paul. 4. ad templum paroch. 5. ad Sacellum M. Dolor. 6. ad templum S. Georgij. etc.

Post 3tiam alterum agmen Poenitentium exivit Sola praeeunte Crucifixi Imagine cum duobus acolythis. postea clausum Gymnasium. reliqua vide aliis annis etc.

Apr. 1757.

Nullus pro more conventus.

10. Dom. Resurrectionis D. N.

Conventus Exhortatio.

17. Dom. in Albis

Nullus conventus propter festum Patrocinii templi nostri, et nundinas ante Collegium et Gymnasium hoc festo celebrari solitas.

Dom. II. post Pascha
Festum S. Georgii

His diebus Oratorium praeparatum est ad futuram Sacram Recollectionem. 1. obducebantur omnes fenestrae tum intra, tum extra Oratorium, quae lucem in Atria et Scalas admittunt proximae, caeruleis pannis à Congregatione majore petitis. 2. Ara solenniter ornabatur prostante in medio Imagine Ordinaria, et Primaria Immaculatae Virginis nostrae, 4tuor Juntanat Candelabris ex latere utroque. 3. Scamna cum Scabellis ex Aula asportata. 4. Pegma pro R. P. Missionario erectum ampliolatis, et commodum ex parte Epistolae, ubi alias Secretarius sedet, ad quod substitutus ianuae proxima tapes. Oratori Sacro per Scalas ceteris applicatas aditum praebebat. 5. ad dexteram pegmatis surgebat Imago Crucifixi, et exiguo spatio intermisso ejusque sinistram mensula ad pulpito, et lampade, scabello item, et Sella. 6. Parietes nullis peristromatis, sed ordinariis Juntanat Sacris Imaginibus, et 5 Candelabris pendulis ornabantur. 7. foris ad mitigandas tenebras accensus unus cereus ad album Marianum ut accedentium nomina potuerint notari. 8. iisque a Rhetorica ascendentibus primo aspectu et directo occurrebat Imago B. V. Mariae de Auxilio pertinens ad Congregationem Majorem cereo ex candelabro pendulo illustrata. 9. inde pergentibus Crucifixi Imago offerebatur ita e muro suspensa, ut parte infima oculis

25 } Lun.
26 } Mart.
27 } Merc.

Aprilis 1757. Sodaliū pateret, vide et annū 1752. 30. Sept. etiam annū 1720. 22. Martij.

Jov. 28, Ven. 29, Sabb. 30 his tribus diebus recollectio instituta in Oratorio nostro, quem locū a R. P. Missionario specialiter petitum libenter concessimus a DD. [illegible].

Maius.

Maius

1. Dom. III. Pasch. Hora 8. R. P. Missionarius legit Sacrū in Oratorio, et praemissa ferventi paraenesi distribuit illis Sacrā Synaxin ex novo Sodalitio Congregatis.

Mart. 3. Hora 5ta convenerunt in Oratorium omnes Sodales excepto unico aegrotante, ibi per horam R. P. Missionarius adhortationē praeparatoriam habuit ad Sodales, recitato prius a Praefecto Hymno Veni Creator cum addita Salutatione Angelica. finita oratione dictae preces ordinariae post consuetū.

Merc. 4 I. Dies Recoll. Media 6va dabatur initiū Sacris functionibus. Rhetoricū quispiā ad id constitutus in loco Praefecti pia praelegebat Sodalibus ex P. Rosignolio, donec pegma conscenderet R. P. Miss. Pegmate conscenso Praefectus praeibat caeteris Hymnū Veni Creator Spiritus cū Salutatione Angelica. Sequebatur 1ma Meditatio de fine hominis, qua finita legebatur Thomas Kempensis, dum interim se Sacerdos ad arā facturus Sacris induebat vestibus. Missā legebat P. Praeses, sub qua nulla Musica sed eius loco Praefectus Sodalibus praeibat Rosariū cum Litaniis de SS. Nomine Jesu. tum vero altera Meditatio instituta. hora 10. finita exercitatio Sacra Praefecto consuetas preces prius praeeunte. tum Sodales summo silentio et modestia ad adorandū SS. Eucharistiā in templū ascendere, inde domū abierunt.

a prandio hora 2da iterum convenerunt Sodales in Oratorio, ibiq; interant Sacræ functioni usq; ad horam 4tam. in ara toto tempore ardebant 4 cerei. in medio Oratorio duo. extra Oratorium ad album Marianum unus, et unus in Scalis ad Crucifixi imaginem. pro cera toto tempore trium recollectionum ſumpta dedit R. P. Rector Congregationis 6 ß.

II. Dies Recoll. 5. Jov. Mane, et veſpere omnia obſervata, quæ die heſterna, præterquam quod Sodales iam cœperint confiteri peccata R. P. Miſſionario in Oratorio finitis functionibus ſedenti. Miſſam iterum legit P. Præſes, quia aliis tempore phlebotomiæ noluit eſſe gravis.

III. Dies Recoll. 6. Ven. Omnia, ut prioribus diebus. crevit numerus pœnitentium. Sacrum legit R. P. Jos. Kiermayr Profeſſor minoris Synt.

7. Sabb. Hodie e Scholis dimiſſi illi Sodales, qui nondum confeſſi erant. a prandio repurgatum Oratorium.

8. Dom. IV. Paſch. Media 8. convenerunt Sodales ad brevem Parænesin, quam R. P. Miſſionarius habuit in Oratorio. hac finita ipſe legit Sacrum ſine adhibita Muſica. conſecravit Sacras hoſtias, et diſtribuit omnibus Sodalibus de ſervandis deinde bonis propoſitis prius commonefactis. finito Sacro remotus eſt venuſtior, et pretioſior ornatus; imago B. V. ſub flavo Conopeo relicta eſt in Ara ordinario ritu ornata. nullus fuit conventus a prandio ob matutinam exhortationem. Conſilium Marianum a prandio Gratias egit humaniſſimas R. P. Miſſionario pro Sacra opera ſane quam utiliſſima, uti in qua, et per quæ reſtituta Sodalibus conſcientiæ puritas, conſuetudines pravæ relictæ, et præcipue bonorum operum uſus renovatus, devotio, et pietas in Deum et Sanctos inflammata, morum, et linguæ imprimis licentia emendata.

1757. Maij. Obtulit se P. Praeses, ex voluntate, et consensu
omnium Sodalium P.P. Missionariis triduum bono-
rum Operum cum proxima confessione et communione
in aliquam augusti Grandi beneficij compensationem.

9. Jun. Hodie aliquot Sodales, qui heri ad Paraenesim
matutinam sero venerunt, primo jussit Sacro inter-
esse P. Praeses.

Dom. V. Pasch. 15. Devotio Aloysiana. Conventus. Electio novi Magistratus, Exhor-
tatio. Finito Conventu singulis Sodalibus distri-
buti libelli S. Aloysij, quos Congregatio suis sumpti-
bus Dilinga accersivit. ad finem Opusculi additi
sunt multi textus ex Sacra Scriptura piis medi-
tationibus Sodalium servituri recens impressi, ex-
pensas vide in rationibus. hodie et ab om-
nibus Sodalibus prius monitis coepta Devotio Aloysiana

Dom. VI. Pasch. 22. Promulgatio Officia. Conventus. Promulgatio. Praefecturam obtinuit
Joan. Bapt. Hirn Rhetor 79. calculis electus.
Primus Assistens reclamatus Georg. Heyman Ph.
2dus Ill. ac Gen. D. Sigismundus L. B. de Wildenau
Rhetor. y. antequam legeretur Catalogus, distri-
buti Solemniter SS. Menstrui, et data bona opera.
Factis muneribus Cantatum a Musicis festive
Te Deum laudamus. quibus est haustus datus, uti
et Sacristanis tum pro recollectione, tum ob pulchre
Aram heri ornatam &. Data est instructio
Praefecto, ut Sodalium moribus attendat &.
Devotio Aloysiana magno fervore continua-
ta. Cum testimoniis a nobis discessit Adamus
Scheller Synt. Major. Bamberga ante ad nos
venit

Dom. Pentec. 29. nullus pro more Conventus.

Junius.

Fest. SS. Trinit. 5. Conventus Exhortatio

8. Jun. Merc. Petiit per famulum Gratiosus D. Kamerbauer
ad erigendam aram publicam subsidia pro more
suo, et quidem argentea. Sed obtinuit tum statuas
ligneas, et florum quosdam fasciculos &.

Dom. II. Pent. Poenitentia. Conventus. Exhortatio. Facta Poenitentia
duobus Poetis, alteri pro comercio cum serva alteri

Dominica Corporis Christi.

alteri pro aliud Scandalum publice datum. jussus uterque est coram Virginea Ara per totius Conventus tempus flexis genibus haerere, et postea recitare 5. Pater et Ave. profuit paenitentia ad resipiscendum utrique. in Exhortationibus hisce crebro repetita, et exaggerata ea, quae in Sacra Lectione fuere posita. Pridie petiit Statuas argenteas, candelabra, Pyramides, et elegantiores florum fasciculos Gratiosus D. Weinzierl, ad aram ante aedes suas aedificandam. rem totam Sacristani curaverunt. auxit praeterea Congregatio 1 fl 12 x. et Sacristani Congiarium.

Dom. III. Pent.

Congregationis. Exhortatio de Sancto Aloysio Secundario Patrono Congregationis, indicta Confessio pro festo Custodis Sancti Angeli. finita hodie devotio Sex Dominicarum a Sodalibus omnibus magno fervore obita. interdicta severe quibusdam Sodalibus nimia tondendi, crispandique capitis vanitas.

21. Mart. Festum Sancti Aloysij

Instituta hodie, quemadmodum anno iam elapso, comprecatio ad Aram S. Aloysij a discipulis Gymnasij Professoribus benevole consentientibus. Ordo is erat. Hora IV. matutina Rhetores omnes. Hora V. Poetae. Hora VI. media pars Grammat. Hora VII. altera pars Grammat. Hora VIII. vacavit propter Exhortationem in Aula, et renovationem formulae. Hora IX. Officium, sub quo Communio omnium Studiosorum in ordine. propterea in Oratorio hoc die nullum erat Sacrum. Hora X. Pars Rudiment. Hora XI. vacabat pro grandium evitandas querelas in Convictibus. Hora XII. Pars Synt. min. Hora I. altera Pars Synt. min. Hora II. Vesperae. Hora III. altera Pars Rudim. Hora IV. Pars Synt. Majorum. Hora V. altera Pars Synt. Majorum.

Dom. IV. Pentec.

Hora 7ma legit Sacrum in Oratorio R. P. Professor Grammat. P. Nicol. Kelner. in Ara Imagine Sancti Aloysij et novo

1757. Jun. Congreae ornata Praefecto, loco Muſica, Sodalibus Roſarium, et Litanias de Sancto Aloyſio item formulâ votivâ praeeunte. A prandio Conventus, diſtributi Sancti Menſtrui, data bona Opera, et recitati 7. Pater, et Ave pro Antonio Perone, et Joanne. Xav. Paull ſfel. benefactoribus

Julius

Julius

2. Sabbat. Viſitatio B. V. Non lectum eſt hodie Sacrum in Oratorio propter defectum PP. quorum 3 caſtella Miſſionarium Lyſſetkenſe, 2 adjuvabant Clerum in monte Mariano, adeoque Praeſes debuit legere in templo ſub Officiis ad Aram S. P. Ignatij ubi Sodalibus diſtribuit S. Synaxin; erat enim Communio libera.

3. Dom. V. Pent. Conventus, Exhortatio. inducta in proximam diem Jovis Proceſſio ſeu peregrinatio in monte Mariano. Duo Rhetores acriter reprehenſi ptr frequentatae ccola duaſori. recitati 6. Pater et Ave in honorem S. Aloyſij ad obtinendam Converſionem certorum peccatorum.

Jov. 7. Supplicatio in monte Mariano Hodie pro more aliorum annorum aſcendimus Supplice agmine in Montem Marianum. Obſervata omnia, quae anno 1754. 9. Jul. per urbem erectis manibus modeſte procedentes Sodales pleno Choro cantabant Litanias in Oratorio ſingulis menſibus cantari ſolitas magna urbis, et Collegij approbatione. Officium in monte cantavit R. P. Profeſſ. Synt. Omn. expenſas vide in rationibus. etc.

10. Dom. VI. Pent. Conventus. Exhortatio.

17. Dom. VII. Pent. Conventus. exhortatio

24. Dom. VIII. Pent. Conventus. data bona opera, et diſtributi S. Menſtrui; facta ob Poenitentia Joa Bapt. Stich Poetae, quod frequentaverit hoſpitium etc.

30. Jul. Dom. IX. Feſtum S. P. Ignat. Nullus Conventus, propter Feſtum S. P. N.

1757. Augusti

Augustus.

7. Aug. Dom. X. Pent.

Nullus pro more Conventus propter Supplicationem in honorem S. P. N. Ignatij institutam. per Schedam affixam moniti sunt Sodales de Confessione praescripta pro festo Assumptionis B. V. M.

14. Aug. Dom. XI. Pen.

Solennitas Extra Ordinar.

Nullus iterum Conventus propter Sacras Reliquias D. Asteriae V. M. prius summa pompa per plateas Civitatis comitantibus omnibus Sodalitiis circumlatas, subin in Templo parochiali ad publicum et perpetuum cultum repositas. Invitata Congregatio nostra cum Consilio, et Imagine Augustissima Suae Patronae a 4. Rhetoribus portata apparuit. &c.

15. Aug. Festum Assumptionis B. V.

Communio praescripta in Templo peracta &c. Conventus. recitatum pro more Officium majus B. V. Mariae &c.

21. Aug. Dom. XII. Pen.

28. Aug. Dom. XIII. P.

Conventus Ultimus. distributi SS. Menstrui pro duobus mensibus, Septembri, et Octobri. Explicata, et inculcata pia monita tempore vacationis ab omnibus observanda. Oblata a Sodalibus Sancta proposita &c. indicta Confessio pro festo Nativitatis B. V. M.

29. Cun.

Collecti libri, et in Bibliothecam Marianam repositi. Cilicia et flagella privatim ad Praesidem delata.

September.

September

4. Sept. Dom. XIV. Pen.

Nullus amplius Conventus ob instantem tragoediam.

8. Festum Nativitatis B. V. M.

Hora 7ma Missa in Oratorio, quam legit Praeses. Post elevationem facta a Sodalibus renovatio formulae. Communio in Ordine peracta est in Templo.

1757. Septbr. Cum testimoniis discesserunt
Georgius Jager
Martinus Khyn } Rhetores
Fridericus Spajer
Jacobus Hafendorffer } Poetae
Fran. Jos. de Satori
Joseph. Dobmayr
Mich. Hopfner } Synt. Majores
Henr. Schnegraff
Felix Span Synt. minor.

Sine testimoniis intra annum jussus est abire Barth. Greiner Poeta.

Abiit et Ant. Crone Rhetor absolutus in Ordinem Servorum B. V. Mariae Insprugg.

Item nob. Jos. Meixner Rhetor
Joannes Sinner Synt. Major } uterque cum testim.
Fridericus Leiser Synt. major cum test.
Joan. Franc. Labs Poeta cum test.

October.

Novus annus Scholasticus
Praeside eodem P. Andrea Schermer

Dom. 21. Pent. Nullus pro more Conventus ob Dedicationem templi nostri.

Martis 25
Merc. 26 } Distributi Sodalibus libri ex Bibliotheca Mariana notatis eorum nominibus.

Dom. 22. Pent. Conventus 1mus. data bona Opera, et distributi S. Menstrui. Lecti, qui alio discessere cum testimoniis: et qui novi ad nos venerunt.

November.

November

Sabb. 5. Exequias pro defunctis Sodalibus celebravimus more aliorum annorum cum Congregatione

1757. November

160

Majore. Praeses sub Officiis legit ad altare S. Franc. Xav. dedit Congregão ad Tumbam non nisi octo cereos, qui item finita re Sacra rediere.

Dom. 23. Pent

Conventus. recitatum Officium defunctorum pro Sodalibus nostris. moniti Sodales de Confessione praescripta Festo S. Stanislai.

Dom. 24. Pent. Festum S. Stanislai Kostkae.

Festum S. Stanislai. Ornatum Oratorium. in Ara Sancti Secundarii Patroni Imago posita. mane non lecta est missa in Oratorio, ne nimium gravarentur Sodales, utpote et obligati ad Exhortationem in aula media gna audiendam, hinc Communio praescripta in ~~Ecclia~~ obita ad Aram S. Patroni Praeside Sacram Synaxin distribuente. a prandio Conventus, et Exhortatio de S. Stanislao, et Renovatio formulae &c

Dom. 25. Pent. •Electio novi Magistratus.

Conventus. Exhortatio. Electio novi Magistratus. in medio propositus fuit Conradus Spitz, a dextris Fran. Conr. Jos. de Boßlarn, a Sinistris Martinus Meißner Rhetor. primus fere omnium tulit calculos, pauciores idq. SS. MM. privatim distributi.

Dom. I. advent.

Nullus Conventus ob erectum iam Theatrum. Invitata Major Congregão ad Promulgare, et festum Titulare.

December

Dom. II. advent. Promulgatio.

Cum heri ob festum S. Franc. Xaverii Comode nequiverit, hodie prima vice exhibitum Drama fuit praemissa promulgatione Solenni Magistratus novi. Theatrum Lampades illuminabant.

5. Lun.

Hodie hora 2da iterum exhibitum Drama, quo finito magna adhuc pars Theatri remota.

7. Mercurii

Purgatum Oratorium a Sordibus comicis, et ad instans Festum titulare pro viribus Ornatum. Tyrones, qui sellas ex civitate pro dramate antea comportarent, easdem iterum hodie restituerunt. Subin everrerunt pro more Oratorium, et Scalas. Schedæ promulgatoriæ elapsa iam Dominica expeditæ fuerunt; ad PP. nimirum Franciscanos et ad Parochiam. appensæ eod. mane ad valvas Gymnasij Ordo Comprecationis in templo. 3 libræ ceræ Virginis templo datæ. reliqua omnia ordinata, quemadmodum anno priore etc.

8. Dec. Festum Titulare Congr. Imac. Conceptionis B. V. Mariæ.

Mane hora 6 expositum S. Sacramentum in templo, et datum initium Comprecationi decem horarum. Consilium usque ad 7mam adoravit Deum Eucharisticum etc.

Hora 7ma sacrum in Oratorio legit, et Sodalibus S. Eucharistiam distribuit R. P. Rector, altera mox Missa præsentibus adhuc omnibus Sodalibus, et multis aliis hospitibus faciente P. Præside, qui subin Sacras Reliquias comitante Consilio ardentibus cereis instructo in Templum retulit. hora 9na Officium cantavit P. Aug. Stalik ordinarius Templi Officiator in Alba, et Casula Congregationis.

Hora 5ma erat Conventus præsente R. P. Rectore, et multis aliis ex Collegio, et Civitate. facundissime non minus, quam utilissime ad Sodales peroravit R. P. Melchior Zech Prof. Synt. min. tum renovata Formula, et Oblata, Musicis Te Deum laudamus cantantibus etc.

Hora 3tia in templum denuo ascendimus ad ultimam Comprecationis horam. præivit Genius cum geminis ductoribus, Crucifer cum acolythis sequebantur, tum Sodales secundi Classis, denique Consilium cum Præside, et Magistro Socio Bernardo Starck; qui ascendendi ordo iam mane observatus est ad Officium, consonantibus semper omnibus campanis.

	December 1757.
Per totam diem frequentabatur Oratorium a copiosis utriusque sexus hominibus; hinc semper unus e Sacristanis adesse debuerat ad custodiendam Supellectilem argenteam, quae demum circa mediam 5tam remota est, et clausum Gymnasium. reliqua vide anno priore, rationes dabunt sumptus.	
Hodie Sodalibus loca, et stamina proposita in Oratorio, Album et Marianum ordinatum.	10. Sabb.
Nullus Conventus propter classium nomine festum Titulare. Ejus tamen loco habitum Tyrocinium.	**Dom. III. Advent** **Tyrocinium**
Tyrocinium	13. Mart.
Tyrocinium.	17. Sabb.
Conventus sub quo explicata regula, data bona opera, et distributi S. Menstrui Consultores, moniti de dandis diligenter Schedis Censoriis p – duo per hebdomadem Tyrocinia. expedita Suffragia Joannis Bapt. Mayr Poetae 2. Martii pie in Domino defuncti Sodalis nostri ad Confoederatas Sodalitates.	**Dom. IV. advent.** **Tyrocinia.** **Suffragia defuncti expediuntur ad Congr. Confoed.**
Tyrocinium.	22. Jovis.
Tyrocinium	24 Sabb.
Nullus pro more Conventus – –	25. **Dom. Festum Nativitatis D. N.**
Januarius 1758.	**Januarius 1758.**
Nullus Conventus, moniti Sodales privatim per Professores de confessione praescripta in regulis. Sine Testimoniis discessit Jos. Stich Rhetor, qui neque renovavit formulam Votivam ad B. V. M. licet monitus.	**1. Jan. Dom. Festum Circumcisionis D. N.**
per hebdomadem Tyrocinia – –	

1750. Jan.

Dom. 1. Epiph. Conventus. Exhortatio. lecta Suffragia defunctorum ex Confoederatis Sodalitatibus.
Tyrocinia per hebdomadam.

Dom. 2. Epiph. Festum S. Nom. Jesu. Conventus. Exhortatio. Tyrocinia. G:

Dom. Septuages. Conventus. Exhortatio.
Tyrocinia per hebdomadam. instructi Tyrones ad rite obeundam Confessionem Generalem.

Sabb. 20. Finito Sacro discipulorum Tyrones in sua Schola ad actum Contritionis dispositi a proprio suo Professore, deinde dimissi ad Confessionem Generalem, monitis prius, rogatisque Confessionariis, qui id obsequium ante et post prandium libenter praestiterunt optimis Adolescentulis, qui propter suum in tyrocinio singularem fervorem, et mores laudatissimos mereri visi sunt, ut citius admissi fuerint, quam alias fieri solet.

29. Jan.
Dom. Sexages. Susceptio Tyronum. Sub Officio ad Aram S. Patris nostri a manu Praesidis SS. Eucharistiam acceperunt omnes Tyrones. hora 5ta sub Conventu eo ritu suscepti sunt, quo in legibus praescribitur etc. Ara erat solenniter ornata, novo praesertim Conopaeo, quod leviori quidem sumptu (quia materia pretiosa non est) usu tamen percommodo, et et necessario comparavit Congregatio, ut illi antiquo, et perquam eleganti parcere possit, et simul aram Communioribus quoque festis, et Dominicis congrue vestire, atque ornare, utpote quae lethalibus undique vulneribus a Servis Sacristanis pene confecta sine indumento Sodalium oculis non audet se amplius spectandam exhibere. adfuere hospites ex Collegio R. P. Rector, et plures alii, item aliqui Domini ex Civitate. Exhortationem aptissimam non minus, quam felicissimam P. Melchior Zech habuit Prof. Tyronum.

Novum Conopaeum comparatum pro festis minus Solennibus.

Februarius

Februarius 1758

2. Febr. Festum Luminum B. V. M.

Media 7ma Sacrum in Oratorio legit, Sacramque Sodalibus Synaxin distribuit R. P. Melchior Zech.

5. Dom. Quinquag.

Nullus pro more Conventus.

6. Lun. ante Cin.

Hora 2da ascendimus in templum S. Georgii ad horam Comprecationis ritu consueto. a Seminaristis adornata fuit Musica.

12. Dom. I. Quadr.

Conventus, Exhortatio. Lecta et peracta ultima Suffragia defunctorum ex Confoederatis Sodalitatibus.

19. Dom. II. Quadr.

Conventus. Exhortatio. cum testimonii discesserunt Fran. Xav. Borrom. de Mickl Rhetor, dono relicto Congregationi Imagine Matris Dolorosae ex Gypso auro et aliis coloribus illusa. item Fran. Jos. Wildmeister Poeta.

26. Dom. III. Quadr.

Conventus. distributi S. Menstrui, data Bona Opera, in quibus inventus 1 f 16 cr. x.

Martius

5. Mart. Dom. IV. Quadrages.

Conventus narrata Sacra historia. moniti quidam Sodales de moribus emendandis privatim. publice prohibita est Statio ad portam vel Civitatis, vel Gymnasii ante Conventum, jussique Sodales illico ascendere in Oratorium ad Lectionem Sacram. Saepius facta mentio de Indulgentiis Stationum plenariis per singulos Quadragesimae dies a Sodalibus lucrandis, et multa petentibus Cilicia distributa.

12. Mart. Dom. V. Quadrages. seu Passionis

Nullus Conventus, quia Praeses aegrotabat. Cujus loco Sodalibus certa tempora distributa ad adorandum Numen Eucharisticum in Templo expositum, propter Festum Titulare Congregationis de Bona morte. id quod et aliis annis pie observatum, illis praecipue horis, quibus alii adoratores fere abesse videntur, uti ab 11ma usque ad 3tiam vide annum 1749. 31. Martii N.

Martij 1750.

Ven. 17 Mart. Festum 7. Dolorum B. V. M.

Media 10ma pro more aliorum annorum in Odeo multis cereis collucente, solenniterque cantatum Sacrum legit A. R. P. Antonius Störck ad id invitatus a Praeside, quod eis per octiduum vices egerit in docenda Rhetorica. Musici Planctum Marianum peramoene decantabant, adjuncta sub finem Cantilena ad Matrem Dolorosam. Aderant ex Collegio cum A. R. P. Rectore multi alij PP. M. M. et Pr. ex Civitate Dominus de Gobl Senior, et ex Lyceo plurimi.

Dom. Palmarum

Nullaque pro more conventus, eius loco notata nomina eorum, qui Sabbatho Sancto aliquos poenitentiae opera obire statuerant. Fuere pauci non improbante Praeside experientia docto, ista poenitentiae opera saepe longo tempore subsequente poenitenda esse, quemadmodum iterum hoc anno contigit uni ex Rhetoribus invito magis, quam concedente Praeside, qui ita valetudinem suam destruxit, ut sequenti die Veneris omnibus morientium Sacramentis muniri debuerit, periculo postea aegre ereptus. Flagellatio sane sodalibus nostris interdicenda videtur, cum quod adhuc admodum sint pueri, nec recto agantur spiritu, tum quod multos facere sumptus Congregatio debeat in parandis necessariis flagellis porrigendis, et togis emendicandis, quae deinde tam a gymnasistis, quam a Lycaeistis militibus, opificibus usurpantes relicta Congregationi necessitate pro lotione togarum solvendi pretij.

Notanda circa flagellare Sodalium minoris Congreg.

24. Mart. die Parasceves.

Processio instituta a Congregatione M. Dolorosae ad nos nil pertinet, nisi quod multa a nobis petantur quae confidenter, sed aegre restituantur.

Sabbatho Sancto
Sabbatho Sancto hora 2da pomeridiana instituta Processio ad Sepulchra Dominica minor Congregatio vacavit majore solito apparatu et ritu, poenitentes erant commixti utriusque Sodalitatis. Toto hoc anno ordine et devotione impedivere repentinae pluviae.

26. Resurrectio D.N.J. Chri
Nullus pro more Conventus.

Aprilis.

Aprilis

Dom. in Albis.
Conventus. distributi S. MM. et data bona opera; brevis Exhortatio. praescripta Confessio in crastinum pro Festo Annunciationis B.V. quod in hanc diem dilatum.

Lun. 3. Festum Annunciationis
Media 7ma Sacrum et Communio in Oratorio sine Musica.

9. Dom. II. Pasch
Conventus. Exhortatio. Data poenitentia uni Rhetori.

16. Dom. III. Pasch.
Conventus. Exhortatio.

23. Dom. IV. Pasch
Conventus. Exhortatio. Electio novi Magistratus. in medio praepositus erat Gen. Conrad. Jos. de Boeslarn a Moos et Damelstorff; a dextris Martinus Meisner; a sinistris Georg. Jos. Widmanberger, Rhetores, quo ordine et suffragia cecidere.

30. Dom. V. Pasch.
Conventus. Promulgatus novus Magistratus inter Tubas et Tympana. distributi S. Menstrui, data bona opera.

Majus

Maij

Dom. VI. Pasch.
Devotio Sex dominicarum S. Aloysii
Conventus. explicata regula. Moniti Sodales de Sex-dominicarum Devotione erga S. Aloysium, quam S. Sodales, plerique satis magno fervore obierunt.

Maji. 1750.

14. Pentecostes. Nullus pro more Conventus.

21. SS. Trinitas. Conventus. Exhortatio.

24. pridie Theoph. Petiit iterum, et obtinuit Praenobilis D. Camerbaur ligneas statuas Congregãis nrã cum aliquot florum fasculis.

28. Dom. II. Pent. Conventus. Distributi B. MM. data bona Opera.

31. Dies Merc. Petiit, et obtinuit Praenobilis de Weinzierl rei Granariae Praefectus Candelabra, Imaginem et duas statuas Argenteas Congregationis nostrae ad ornandam Aram Dei Eucharistici ante suas aedes exstruendam. Sacristani omnia deportarunt, et reportarunt non sine liberali Congiario. Congregatio accepit pro more 1 fl. 12. X.

Junii. Junii

4. Dom. III. Pent. Conventus. Exhortatio. Rhetorum aliquis e numero Consultorum ad gregem redire jussus ex delicto. Ejus locum obtinuit alius.

11. Dom. IV. Pent. Congregãio. Exhortatio.

18. Dom. V. Pent. Congregãio. Exhortatio de S. Aloysio Secundario Patrono Congregãis nrã. Indicta Confessio ad ejus festum.

21. Merc. Festum S. Aloysii. Nullum hoc die Sacrum in Oratorio, quia Communio universalis in templo celebrabatur. Ad Aram Sancti Patroni more priorum annorum omnium Gymnasii classium instituta Comprecatio magna Collegii, ac totius Civitatis aedificatione. Ordo erat is. Hora IV. Rhetores. Hora V. Poetae. Hora VI. media pars Synt. Maj. Hora VII. altera pars Synt. Maj. Hora VIII. vacabat propter Exhortationem, et formulae renovationem in Aula. Hora IX. Officii

Hora X. Pars Rudim. Hora XI. vacabat inter prandium. Hora XII. Pars Synt. min. Hora I. altera pars Synt. min. Hora II. Vesperæ. Hora III. altera pars Rudim. Hora IV. Pars Gram̄at. Hora V. altera pars Grammatistarum. Rogati ad hanc rem perficiendam a Præside Gymnasij Professores haud ægre consensere.

Dom. VI. Pent.

Hora 7ma Sacrum legit in Oratorio R. P. Ignat. Härdl in honorem S. Aloysij Gonzagæ, sub quo recitatum Rosarium cum Letanijs Sancti Patroni. Post elevationem Præfectus formulam fœderis præivit ad Sanctum Juvenem. Producta hodie prima vice Capsula Congregationis cum Antipendijs vetustioribus in nova forma redacta, et fimbrijs argenteis splendide ornata. Rationem expensarum vide suo loco.

reparatio Capsulæ antiquæ &c

Hora 1 tempore Conventus extulimus funus dilecti nostri Sodalis Clementis Sengger Synt. Majoris, prius ultimis morientium Sacramentis rite muniti. Feretrum portarunt 6 Synt. Majoris, qui et reliqua omnia Obsequia præstitere dilecto suo Condiscipulo, utpote Juveni eximia pietate, et morum modestia prædito. Prodivit Genius nigro peplo tectus cum duobus Tubicinibus pullatis [illegible] cum [illegible]. Scholæ [illegible], et Lyceum. 6 Faciferi pullati funus comitabantur. Reliqua vide alijs annis.

✝ Funus Sodalis

Hora 7ma Sacrum in templo legit pro defuncto, præsente Gymnasio et Lyceo; quatuor cerei, qui arserunt in ara summa, finita Missa Sacristani restituerunt. 6 3. quadrante signum campana maxima dedit unus Rhetorum.

26. Jun.

Julij 1750.

Julius.

2. Jul. Dom. 4. Pent. Feſtū Viſitationis B. V. M.

Hora 4ma Sacrū erat in Oratorio hora 5ta Conventq. Exhortatio. diſtributi S. MM. et datta bona opera, quia ante octiduū quo funq elatū eſt defuncti Sodalis, haberi Conventq nō potuit || Inſtituta Proceſſio in montē Marianū e

6. Jul. die Jovis ||

9. Jul. Dom. VIII. P. Conventq. Exhortatio. Certa pœnitentia duobq pactis, quorū unq depoſitq eſt ab Officio Vice-Conſultoris.

16. Jul. Dom. IX. P. Conventq. Exhortatio.

23. Jul. Dom. X. P. Conventq. Exhortatio

30. Jul. Dom. XI. P. Conventq. diſtributi S. Menſtrui, et data bona opera. Recitatæ preces pro Prænobili Victore Alberto de Vallade Synt. maj. periculoſe decumbente. qui eō ultimis fuit S. Sacramentis munitq, Sed tempore veſpertino, quo Sodales ad comitandū pro more S. nō potuere ampliq convocari.

Auguſtq.

Auguſtq.

4 Aug. Ven. Mortuq Sodalis ✝

Hora 9na extulimq funq dilecti noſtri Sodalis Præn. Vict. Albert. de Vallade Synt. Maj. Juvenis vere pij, et Innocentiæ. more conſueto. Candidiſsimi cui nuper defuncto omnia præſtitere funeralia obſequia, uti eō Congregaōs.

6. Aug. Dom. XII. P. Conventq, Exhortatio nulla, ſed recitatū Officiū pro nuper defuncto, pro quo eō Profeſs. in Templo hora 4ma Sacrū legit in altari ſumō.

13 Aug. Dom. XIII. Theca reliquiaria exornata.

Conventq. Exhortatio. Hoc tempore novis parergis argenteis, corona præcipue argentea coloratis lapillis nitida, ornata eſt Theca Reliquiaria pluribus iā annis vacua, cū particula de corpore S. Aloyſij olim a Sacriſtanis deperdita Congregationi iterū reſtituerit Chariſsimq in Xto Frater Thomas Gall Soc. Jeſu a ſe inventā. Conſtitit nova Thecæ exornatio 6 fl ab eodē Chmō Fratre perſolutis, magno hujq Benefactore.

15. Aug. Feſtū Aſſumptiōs B. V.

Præſcripta Comunio in Templo obita in ordine. Sacrū tū habitū eſt hora 4, in Oratorio, ſub quo recitatū roſariū et Lauretanæ.

Aug. 1758.

Aug.

Dom. 14. Pentec.
20. aug

Conventus sub quo pro more aliorum annorum alternatim in Oratorio recitatum fuit Officium mag. B. V. M.

Dom. 15. Pentec.
27. aug.

Distributi B. Menstrui. moniti Sodales, ut libros ex bibliotheca Mariana acceptos item arma paenitentialia certa die, et hora restituerent: quod factum Sabbatho.

September

September

Dom. 16. Pent.

Conventus ultimus, sub quo explicata, et inculcata pia Monita pro feriis Autumnalibus. Oblata a Sodalibus bona proposita, et vicissim illis distributi B. M.M. pro mense Octobri. indicta est Confessio pro Festo Nativitatis B. V.

Festum Nativitatis B. V. M.
8. Sept.

Hora 7ma Sacrum in Oratorio legit Praeses, sub quo Praefectus reliquis praeivit Rosarium, et Litanias Laur. cum Formula Votiva. Communio fuit in ordine 6.

Cum Testimoniis abiere sequentes
Joannes Thomas Baur
Joannes Florianus Scherbauer } Rhetores
Jos. Iac. Glessl Poeta
Fran. Jos. de Jaquemod petiit quidem testimonia, sed reliquit ad portam iam expedita vel ex contemptu, vel oblivione.

Novus annus Scholasticus
Praeside P. Aloysio Milbacher.

October.

23. Oct. et Dom. 23. Post Pentec.

Nullus pro more conventus ob Dedicationem Nostri Templi.

26. Oct.

Distributi Sodalibus e Bibliotheca Congregationis pij Libelli secundum Ordinem classium &c.

Octob. 1758.

29. Dom. 24 Post Pentecost. Primus Conventus, de quo pridie per affixam schedam moniti sunt Sodales, praemissa brevis Exhortatio, tum distributi SS. Menstrui, et data bona opera. admissi Tyrones ad Tirocinium, promulgati, qui cum Testimoniis aliunde advenerunt, nempe Nob. Ant. Nagl Rhet. Ratisbona. Georg. Jos. Peer Rhet. Jos. Dobmayer Poëta Straubinga. Fran. Maximil. Jos. de Sartori. Synt. maj. Eichstadio.

November. 5. Dom. 25. Post Pentecost. Conventus Ordinarius, sub quo pro more recitatum Officium defunctorum pro omnibus Sodalibus, et Benefactoribus Congregationis nostrae defunctis. Lectiones recitant a Praefecto incipiendo subsequentes Officiales, Lectionem ultimam, et omnes antiphonas cum oratione Fidelium Deus etc. et Deus veniae Largitor dixit solus Praeses. Promulgatae sunt insuper in hoc Conventu Exequiae universales, et Sodales moniti, ut preces suas, et pia opera pro defunctis proditis offerant.

6. Novembr. Hora 7.ma Exequiae universales, ad quas comparuerunt Sodales omnes. Praeses in ara S. Xaverii Sacrum fecit, et suppeditavit 8. cereos, quos rursum recepit; ac 4. argentea candelabra & reliqua solvit Congregatio Annuntiatae.

Per hebdomadem habita 2. Tirocinia.

12. Nov. Dom. 26. Post Pent. Conventus, et Exhortatio, post quam Renovatio formulae ad S. Stanislaum, cujus reliquiae cum argentea Statua in ara sunt expositae. indicta item in diem crastinam Confessio, et Communio, ac futura Electio.

13. Nov. Fest. S. Stanislai. Communio sub officio Praeside ad aram S. Ignatii Sacrum celebrante, et post illud Sacram Synaxin distribuente, praesertim ne Musici (: si in Odaeo Mariano peragatur hoc functio,) nimium occupentur, tum ob publicam aedificationem. Monendi tamen sunt Sodales, quod hoc Festo commode fieri potest, ut juxta ordinem Scholarum, et non turmatim, aut invicem permixti Sacram Synaxin accedant. unde et ille fructus colligitur, ut statim pateat, quinam negligentiores sint in frequentatione hujus mysterii.

18. Nov. Die Sabbathi post Lytanias habitum Tirocinium. Praeparata in Congregatione necessaria pro Conventu crastino,

November 1758

19. Nov. Dom. 27. Poſt Pentecoſt.

Conventus Ordinarius, et Exhortatio. ante Conventum maturius convenere Conſultores: a quibus electi ſunt qui proponeresentur pro Præfecti munere. in medio propoſitus Ant. Pettenover, à dextris Petrus Pettenover, a Siniſtris Bron. de Grün. Rhetores. primq 85. ſuffragiis creatus eſt Præfectus. Indicta etiam Communio Libera in proximum feſtum Præſentationis B.V. Item invitati Sodales ad Drama Marianum, et Promulgationem profeſto D. Andreæ, et inde exhibendum. Invitata Congregatio major ad Promulgationem. Tyrocinia.

21. Novembr. Feſt. Præſentationis B.V.M.

Hora 7.ma Sacrum in Oratorio dixit Præſes, et S. Synaxin ſub eo diſtribuit Sodalibq, ac poſtea ad templum deportavit comitante Conſilio pro more. remota ſubin ara, et reliqua, ut altera die erigi poſſet Theatrum.

26. Nov. Dom. ult. Poſt Pent.

Nullus Conventus ob extructum Theatrum, et proxime inſtantem Promulgationem.

29. Novembr.

Profeſto D. Andreæ exhibitum in Oratorio ad Camrades prium Drama, cui poſt Lytanias aderat Nobilis, et frequentiſſimus Spectator.

30. Nov.

Feſto S. Andreæ Statim poſt Veſperas exhibitum rurſus eſt Drama Marianum curioſiſſimo Spectatori: et ad initium promulgatq applaudentibq tubis et Tympanis Præfectus, et novus Magiſtratus Marianus. altera mox die Oratorium repurgatum eſt a Sordibq, comiis per Sacriſtanos adjuvantibq quibusdam e Tyronibq: ac reddito per Tirones ſunt ſellæ, qui etiam illas attulerunt.

3. Decembr. Domin. I. Adventus.

Conventus, ſub quo diſtributi S. menſtrui, et indicta bona opera, in quibq valde liberales ſe per ſpontaneas oblationes exhibuere Sodales. indicta ſunt ea, quæ in feſto Tituli ſunt obſervanda. miſſæ ante prandium ſchedæ denuntiatoriæ ad PP. Franciſcanos, in Parochiam, & noſtrum templum. inde album Marianum redactum eſt in novum ordinem PP. Logicis ad Congregationem majorem tranſeuntibq, item omnibq, et ſingulis Sodalibus Specialis locus in Oratorio eſt aſſignatus. indicta Confeſſio annua pro feſto Tituli, moniti in conſilio Conſultores de dandis diligenter ſchedis, in quibus Sodalium notabiliores defectus, aut pejora morum exempla deferant fideliter, ut in tempore remedium afferri poſſit. cum Teſtimoniis rurſum abiit Ant. Nagl Rhetor, iterum paulo poſt ad nos reverſus. inde Tyrocinium.

December 1758.
7. Decembris.
Pridie Feſti Tituli.

Præparata neceſſaria ad craſtinum feſtum Tituli; omni qua fieri potuit ſolemnitate celebrandum. pro hoc Notanda ſunt ſequentia; præter ea, quæ concernunt ornatum aræ c.

1°. affigendus mane ordo Comprecationis 10. horarum, et monendi Tyrones, ut tam ante quam poſt prandium Locum ſuum vacuum relinquant in Oratorio pro hoſpitibus. Conſultores et officiales in pomeridiano Conventu 1.a ſcamna inter reliquos Sodales occupant, et ſua cedunt honoratioribus hoſpitibus.

2. conſtituendus Genius, Ductores, crucifer, et duo Acolythi. parandi baculi, et vela pro Ductoribus et conſilio 18 numero.

3. Invitandi 2 RR. DD. ut in officio aſſiſtant Officiatori, quibus datur honorarium, ſingulis 30 x. Item invitandus officiator, et qui hora 7.ma in Oratorio Sacrum faciat, et S. Synaxin Sodalibus diſtribuat. uti et ille invitandus, qui hora 6. in templo exponat Venerabile. Sub 1.ma Benedictione Hora 6. in templo, et Veſperi ad finem Comprecationis, ac mane dum Venerabile‡ ex oratorio refertur in templum, Conſilio Mariano dantur ardentes ceræ.

‡ V. ex templo in oratorium defertur, & exp.

4. rogandi PP. Confeſſarii, ut die profeſto mane velint excipere Confeſſionem annuam Sodalium, ut mature ipſo feſto convenire poſſint in oratorio. rogandi item Profeſſores, ut tempore Scholæ diſcipulis concedant veniam adeundi ſuos confeſſarios.

5. monendi Pulſatores Campanarum, ne ſuo horis ſingulis deſint officio. Item Ædituus; Rogandus R. P. Præfectus templi, ut vina concedat. eq. poculum pro Communicantibus; pro acolythis et crucifero ad proceſſionem Togas et ſuperpellicea c. faces pro officio c.

6. Rogandus P. Præfectus miniſtrantium, ut miniſtros ad aram moneat. & Chori Regens et Muſicos, ut tam in Oratorio q. templo impigre operam ſuam conferant. præſertim, ut conſtituat qui formulam Marianam cantet.

7. Invitandi Noſtri in Collegio. et quidem a MM.ris Docentibus ut in Proceſſione Præſidem comitentur.

8. Parandæ hoſtiæ minores, et 2. majores pro miſſis in Oratorio celebrandis.

9. tres libræ Ceræ Virginis coram Venerabili arſuræ dandæ Sacriſtano.

10. Invitanda Congregatio Major annuntiata in Conventu præcedente hoc Feſtum.

11. Paranda, ut in promptu ſit veſtis Genii c.

12. Bulla Congregationis in Oratorio affigenda.

13. monendi, qui de die alternatim in Oratorio invigilent.

14. Muſicis & Sacriſtanis finito labore dandus hauſtus.

December 1758.

8. Dec. Feſt. Tituli Congregationis.

Dato 3.o Quadrante ad 6.tam Signo datum hora 6. initium Comprecationi 40. Horarum. ad Benedictionem comparente Conſilio Mariano ardentibus cereis inſtructo. et per 1.a horam ſubin Deum Euchariſticum adorante.

Hora 7. in Oratorio concinentibus amone Muſicis dictum Sacrum a R. P. Rectore, cuius loco finita Miſſa Sacram Synaxin diſtribuit P. Ign. Zaner Prof. Log. Infule alterum Sacrum dicente, et Venerabile more conſueto in templum deportante. tum patuit Oratorium promiſcue omnibus, in quo jam ante præſentes fuere aliqui e Dominis, et Superiorum Claſſium Studioſis.

Hora 9.na ad Officium venere Sodales præeunte genio Ductoribus, crucifero et acolythis Conſilio Mariano cum baculis; et Profeſſore quisque Socio palliatis agmen claudentibus; quo etiam ordine reditum eſt in Gymnaſium. atque hic ritus etiam a prandio ante et poſt Veſperas eſt obſervatus.

Hora 1.ma promiſſa prius per Semihoram Muſica initium datum Conventui per preces conſuetas, ſubin Exhortationem habuit ad Auditores Sodales, et Hoſpites admodum frequentes ex urbe, et Collegio Profeſſor ipſe, poſt Exhortationem formula Cantata eſt a Muſicis, tum præeunte Præfecto renovata ab omnibus. Dein a Muſicis decantatum magnifice Te Deum, et a Sodalibus oblati ſunt Cerei, et formulæ, tum Conventus finitus per preces conſuetas.

Hora 3.a Veſperæ et Lytaniæ modo ut ſupra indicato. quibus finitis clauſum eſt oratorium, et pretioſior ſupellex ſuum in locum reſtituta.

10. Dec. Dom. II. Adv.

Nullus Conventus ob procedens feſtum Tituli.

Per hebdomadem habita 2. Tyrocinia.

17. Dec. Dom. III. Adv.

Conventus, et Exhortatio. Item cœpta ſunt expediri ſuffragia ad Confœderatas Congregationes.

Per hebdomadam habita 2. Tyrocinia.

24. Dec. Dom. IV. Adv.

Conventus, et Exhortatio.

Per hebdomadam 2. Tyrocinia.

31. Dec. Dom. infra 8.vam Nativ.

Conventus, in quo lectum eſt Singulare Beneficium per B.mam V.nem in imagine Congregationis noſtræ propitiam collatum Matri cuidam e noſtris priori anno Sodalibus, quod ille ad fervorem et fiduciam Sodalium inflammandam publice Sodalibus recitandum Monachio ad nos perſcribi voluit. Poſt Conventum diſtributi S. Menſtrui, et data bona opera.

Januarius 1759.

Annus 1759.

Per hebdomadem habita 3. Tirocinia, in quibus Tirones inſtructi pro Confeſſione generali, quã obierunt 5 Januarij antea in Oratorium convocati, et ad actum Contritionis præparati.

7. Jan. Dom. I. Poſt Ep. Conventus Ordinarius, in quo lecta ſunt a Secretario ſuffragia Congregationum Confœderatarum. tum ritu conſueto Suſcepti Tirones præmiſſa ab uno Oratore Oratiuncula, et altero grates agente: poſt Suſceptionem tubas inter et Tympana cantatum Te Deum Laudamus. et ſubjuncta a Præfecto Oratio: Deus qui dediſti famulis &c. tũ perſoluta ſuffragia, et preces conſuetæ. Oratorium quo potuit ſplendidè exornatum. Tironibus in ordine ſuo Officio Præſes Sacram Synaxin diſtribuit, qui omnes poſt Conventum humaniſſimas egere grates.

14. Jan. Dom. II. Poſt Epiph. Conventus, et Exhortatio, lecta iterum ſuffragia &c.

21. Jan. Dom. III. Poſt. Epiph. Conventus, et Exhortatio; Lecta ſuffragia &c.

28. Jan. Dom. IV. Poſt Epiph. Conventus, in quo diſtributi SS. Menſtrui, & data bona opera. Uni ex Syntaxiſtis Majoribus lecta pœnitentia nominatim, in genere autem pluribus Rhetoribus, Poetis, et Syntaxiſtis, qui tum de familiaritatibus ſuſpectis; tum de irreverentiis in templo ſæpius erant accuſati, iidemque privatim ſerio ſunt admoniti, ut ſe emendent.

2. Februarij. Præſcripta confeſſio, et Cõmunio, quam hora 7. ſub ſacro e manu Præſidis in Oratorio acceperunt Sodales.

4. Februarij. Dom. V. Poſt. Epiph. Conventus Ordinarius, et Exhortatio. Lecta iterum ſunt ſuffragia..

11. Februarij. Dom. Septuageſ. Conventus, et Exhortatio. Lecta ſuffragia, et monita ad pie tranſigendum periculoſum tempus Bacchanalium.

18. Febr. Dom. Sexageſ. Conventus, ſub quo diſtributi SS. menſtrui, & data bona opera.

25. Febr. Dom. Quinquageſ. Nullus pro more Conventus ob 40. horarum Comprecationem.

26. Febr. Hora 2.a Genio et Ductoribus, ac crucifero præeuntibus ritu conſueto proceſſimus ad horam Comprecationis, Se-

Annus 1759.

Martius.

minaristis Musicis Sodalibus gratis splendidam Musicam adornantibꝫ. reditur rursus in ordine. c.

4. Mart. Dom. 1. Quadr. Conventus Ordinarius, et Exhortatio. Suspensæ sunt in Oratorio imagines 6. passionis Dnicæ Mysteria referentes reliquiis interim remotis.

11. Mart. Dom. 2. Quadr. Conventus, et Exhortatio.

18. Mart. Dom. 3. Quadr. Nullus Conventus ob Promulgationem Congregationis majoris; ad quam Sodales suos Præses Minoris Congr. qui ipse Choragus fuit majoris, invitavit.

25. Dom. 4. Quadrag. Conventus Nullus ob Festum Tituli Congregationis Majoris hac Dominica celebratum. Sacrum ut prioribꝫ annis Lectum est media 7.ma in Oratorio sine Musica, et S. Synaxis distributa; Sed ob Sacerdotum defectum, qui pauciores erant ad Sacra in Templo juxta ordinem dicenda, Sodales (: ut alias jã factum :) Hora 7.ma in Oratorio Congregationis Majoris præscriptam communionem possent peragere, qua de re pridie affixa scheda sunt admonendi; id quod jam alias in Diario factum lego. hoc autem anno R. P. Præfectus Templi providit, ut Præses in Oratorio rem divinam peragere posset majori utique Sodalium solatio. Musicis autem toto mane occupatis liberum tempus relictum est; quo ad S. Synaxin accederent, quod factum ab omnibus.

Aprilis

1.ma Apr. Domin. Passionis. Conventus Ordinarius; in quo distributi sunt S. Menstrui, et data bona opera, ac indicata, quæ proxima feria 6.ta et in majori hebdomade observanda sunt. Reprehensi quidam Sodales Schol. ob morum Licentiam, Societates, et familiaritates merito suspectas c. Item inculcatum Consultoribꝫ ut in ejusmodi denuntiandis absque respectu sint generosi c.

6. Aprilis. Festo Matris Dolorosæ. In Oratorio media 10.mæ Sacrum dixit R. P. Jos. Biner Prof. SS. Canon. specialiter invitatus, sub Sacro Planctum Marianum decantabant Sodales Musici, quibus se quidam ex Lyceo adjunxere Congregationi nostræ admodum addicti. Subjuncta est postea Cantilena perelegans ad Matrem Dolorosam. In Oratorium vero admissi omnes Discipuli Gymnasii, adfuere

etiam invitati ex Collegio complures RR. PP. omnes Magistri; et quidam DD. Lyceistae. ara splendidissime est ornata, et cereis collustrata; uti et reliquum Oratorium, e quo valvis obductis lumen est exclusum.

8. Aprilis. Domin. Palmar. Nullus pro more priorum annorum Conventus. Sed hora 4ta convenire jussi sunt Sodales, ut eorum qui Spontanea Poenitentiae opera obire velint proxima die Sabbathi, nomina notari possint; sed nec unus comparuit; frustraque sat diu Praesidi exspectandum fuit.

13. Aprilis Die Parasceves. Processio, seu repraesentatio Passionis Domini, quam suo quidem nomine, et impensis, singulis bienniis suscipit Congregatio Annuntiatae, nihil pertinet ad Congregationem Studiosorum, quamvis hi soli, et reliqui Gymnasium Personas egerint, et nullus Sodalis Congregationis ad quam pertinuit supplicatio. Idem factum cum figuris seu ferculis, quo ornatum suum a minori Congregatione mendicare debebant non sine ingenti Praesidis molestia. Videtur autem urgendum, ut sibi ipsi major Congregatio necessaria ad Processionem compararet, aut quo deteruntur, et lacerantur, minori Congregationi compenset, cum haec prorsus nullum ab illa commodum percipiat.

14. April. Sabbatho Sancto. Hora 2da more aliorum annorum Congregatio nostra sola agmen Supplicantium, et Poenitentium deduxit ad Cenotaphia Domini praeeunte genio Mariano, et Putonibus pullatis, tum cruciferis, et acolythis, quos sequebantur cruciferi labaro distincti, tum in saccis cilicinis rursum Labaro praeeunte, ac rursum Labarum et reliqui cruciferi. Subin praeeunte Labaro minores Syntaxistae, et iterum cum Labaris Syntaxis major, et Poesis; ante Rhetores portabatur ab Humanistis, et Syntaxistis majoribus pullatis Imago Matris Dolorosae sub Titulo Regina Martyrum, et ex altera parte agnus occisus super ara crucis cum Titulo: Sponsus Sanguinum. Post Rhetores incedebant Musici cantu preces Marianas interpolantes, et ad singulas decades stropham de planctu Mariano ingeminantes, tum sequebatur ferculum Matris amabilis velo nigro obducto, inferius Lilium inter spinas in hortulo visebatur cum hoc titulo: Lilium inter spinas, ex altera parte rubus ardens, sed incombustus inter signa Passionis etc. quod ferculum gestabatur a Rhetoribus pullo vestitu indutis; tandem sequebatur Consilium Marianum pullatum cum Scenonibus, sed absque velis. Sic visebatur templum Xenodochii, PP. a S. Fr. de Paula templum PP. Franciscanorum, Parochiale, Sacellum Matris Dolorosae, et S. Georgii, in singulis praeeunte Praeside, et solo sequente consilio reci-

Annus 1759.
Aprilis.

datum quinquies Pater & ave, et oratio Respice quaesumus. Musicis ex urbe dat. flor. reliquis, et Sacristanis haustus. Togae portantium Labara, et ipsa Labara, vestes cruciferorum, ac cilicinae accepta mutuo a Congr. majori. Togae ministrantium e templo.

NB circa flagellationem Sabbatho Sancto.

Togis flagellantium non erat opus, cum maximopere Praesidis consilium probante R. P. Rectore abrogati sint pro hoc et futuris annis flagellantes in ista Congregatione, tum quod propriis togis non sit instructa Congregatio, et mutuas accipere debeat, tum quod vix 4. aut 5. Sodalium hoc opus poenitentiae obire plerumque soliti sint, atque isti non sine periculo valetudinis, et pluribus concedi prudenter vix possit; reliqui vero ordinarie sint aut Lycaeistae, vel rustici, aut opifices ex urbe, pro quibus operae non est visum ut fiant expensae C. tum propter alia incommoda, quae se immiscent Sodalibus vana fox hominum, et parum boni operis sit sperandum. Obstrepebat 1.º unus et alter ex Lycaeistis, quod mos antiquus sit abrogatus, sed edocti paucis, quod illis nullum omnino jus competat quidpiam moris, aut subsidii, seu operis exigendi ab hac Congregatione, quae solum pro suis Sodalibus hanc supplicationem instituit, silentes abierunt. Domini vero omnes, quantum constare potuit, ita rem probarunt, et laudarunt, ut complures maximum desiderium ostenderint, ut etiam in majori Congregatione abrogetur cruenta haec, et parum salutaris scena.

Pro Poenitentibus studiosis, qui vestes cilicinas induerunt, praeter aliorum annorum morem erectae sunt in oratorio separatae cellulae omnes certo numero notatae, in medio mensula disposita et impositus crucifixus, ubi Professor ipse Poenitentes annotabat, et praesens permansit, ne quid a quoquam contra decorum aut verecundiam fieret, cruciferi pariter studiosi Sodales dispositas ibi togas induerunt; exteri vero in choro aulae Gymnasii, et singuli ordine alphabeti notati eodem ordine togas reportare debebant. unde id etiam habebat commodi ut nullus Poenitentium sejunctus a caeteris vagari per urbem extra praefinitum tempus posset, eo quod absentes facile sic observari, et reprehendi aut puniri possent.

Hora 4. prolato solo crucifixo alterum agmen poenitentium rursus in ordine exiit, et rediit, tum clausae scholae, & Gymnasium.

15. Aprilis.
Fest. Resurrectionis.

Nullus pro more Conventus ob Declamationem Rhetorum.

Post ferias Oratorium rursus est expurgatum, et singula suum in locum et ordinem restituta.

22. Aprilis
Dominica in Albis.

Conventus, & Exhortatio. indicta in sequentem Dominicam Electio Novi Magistratus Mariani.

Annus 1759.

29. April. Dom. II. Poſt Paſcha.

Conventus Ordinarius, in quo inſtituta eſt Electio novi Præfecti, et Magiſtratus Mariani; diſtributi SS. menſtrui, et data bona opera. a Conſilio propoſiti ſunt pro munere Præfecti Petrus Joſ. Pettenkover, Rh.; a dextris Caſp. Ringzeiſen Rhet. a ſiniſtris Bron. Andr. de Grun Rhet. quo etiam ordine, ceciderunt ſortes, ita ut primus ferret ſupra 90. alter 39. 3tius 16. moniti item Sodales, ut non turmatim ad ſignanda in albo Mariano nomina, ſed ſingillatim accedant, neque ipſi ſe ſignent, ſed iis indicent nomina, quibus id officium incumbit.

6. Maij. Domin. III. Poſt Paſcha.

Celebratus Conventus Ordinarius, et habita brevis Exhortatio, cui præmiſſa eſt Muſica; Poſt Exhortationem a Secretario Promulgatus eſt Magiſtratus novus tubas inter, et Tympana, et ſubjunctus a Muſicis hymnus Ambroſianus, preces poſt Conventum præivit novus Præfectus. Datus etiam eſt Muſicis, et Sacriſtanis hauſtus. oratorium vero pro hac ſolennitate, ut in Feſto Tituli, exornatum eſt. Non ſolent ad hanc Promulgationem ſpeciatim invitari Hoſpites e Collegio. adfuere autem aliqui devoti olim Sodales noſtri ex Lycæo. altera ſtatim die album Marianum rurſus in novum ordinem eſt redactum.

Cum Teſtimoniis a nobis diſceſſit Bron. Joſ. Maximil. de Sattori Synt. Major.

13. Maij. Dom. IV. Poſt Paſcha.

Conventus, et Exhortatio, qua finita recitata ſunt ſex Pater & Ave, cum totidem Gloria Patri et Oratione de S. Aloyſio, cujus imago in ara erat expoſita, quod et ſequentibus 5. Dominicis factum, cum nempe hodie cultus ſex Dominicarum S. Aloyſij venerationi dicatarum inciperet; cui haud dubie cultus hic publicus Sodalium gratus fuerit.

20. Maij. Dom. V. Poſt Paſcha.

Conventus, et Exhortatio.

27. Maij. Dom. VI. Poſt Paſcha.

Conventus, in quo diſtributi ſunt SS. Menſtrui, & data bona opera.

3. Junij. Feſto Pentecoſtes.

Nullus pro more celebratus Conventus.

10. Jun. Feſt. SS. Trinit.

Conventus, et Exhortatio.

Pridie Feſti Theophoriæ roganti per internuntium gratioſo D. Camerpauer ad ornandam aram mutuo datæ ſunt 2. Statuæ ligneæ S. Edmundi, et Caſimiri, cum aliquot florum faſciculis.

17. Jun. Dom. 2. poſt Pentec.

Conventus, et Exhortatio. indicta Confeſſio & Communio in Feſto S. Aloyſij. et invitati Sodales ad comprecandum coram Divi ara propoſitis per diem inter claſſes ſingulas horis.

21. Junij.

Feſto S. Aloyſij ab Hora 4. Matutina Diſcipuli Gymnaſij in claſſes ſuas diviſi ſinguli per horam usque ad VI.^{tam} Veſpertinam ad aram S. Aloyſij comprecationem inſtituerunt. Sacrum hora 7.ma in Oratorio hoc anno haberi non potuit, eo quod propter diem Octavæ Corporis Christi (: quæ concurrebat cum Feſto S. Aloyſij :) officium Solenne jam hora 7.ma celebrari debuit, ne Supplicatio, et Sacra Evangelia per urbem cantata interturbarentur. Præſes ergo Hora 7. ſub Officio in ara D. Aloyſij Sacris Operatus Sodalibꝰ Sacram Synaxin diſtribuit. Hac die etiam roganti grat. D. de Weinzierl mutua data ſunt ad ornandam pro Proceſſione aram 4 candelabra argentea, duæ ſtatuæ argenteæ, et minores Pyramides, ac elegantiores florum faſciculi. deportarunt in ædes Sacriſtani Congregationis, et reportarunt domum cum honorario pro Congregatione ſ 1 fl. 15 x. actæque ſunt humaniter grates.

24. Jun. Dom. 3. Poſt Pentecoſt.

Conventus, et Exhortatio de S. Aloyſio, poſt Exhortationem vero præeunte Præfecto renovata formula ad S. Aloyſium. Non impediebat Conventum Proceſſio Catechetica, quæ ad Sodales non pertinet. Dictum fuiſſet hodie hora 7.ma in Odæo Mariano Sacrum in honorem S. Aloyſij; ſed cum Patres aliqui abeſſent domo in Miſſionibꝰ, alij ægrotarent, et numerꝰ vix ſufficeret pro ordine Miſſarum in templo celebrandarum, omittendum fuit illud Sacrum aliis annis legi conſuetum.

28. Junij.

Hodie utpote die Octava S. Aloyſij media 10.ma Convenere Sodales in Oratorio, et interfuere Sacro, quod dixit P. Melchior Zech Prof. Poeſeos; ſub Sacro recitatum eſt roſarium, et Lytaniæ de S. Aloyſio. Hac ratione compenſatum eſt, quod nuper præſtare non poteramꝰ pietatis officium.

1. Julij. Dom. 4 Poſt Pent.

Conventus Ordinarius, in quo diſtributi S. Menſtrui et data ſunt bona opera; indicta in diem ſequentem Sacra Cōmunio in Oratorio obeunda ab iis, qui voluerint. Item promulgata Supplicatio in montem Marianum die Jovis proximo inſtituenda.

2. Julij.

Feſto B.^{mæ} V.^{nis} Eliſabetham Viſitantis Sacrum cum Muſica hora 7.ma ſub quo diſtributa eſt Sodalibus Sacra Synaxis.

Annus 1759.

5. Julij. Hac die conſueto ritu, et Ordine inſtituta eſt Supplicatio ad B.^{ma} V.^{ne} auxiliatricem in monte &c. Totus Ordo obſervatus ut anno 1754. ubi fuſe, et exacte notantur ea, quæ hanc ſupplicationem concernunt. Officium cantavit Præſes ipſe, ad ara vero lateralem litavit R. P. Inſpector &c. Solet alias agmen hoc in montem duci, et reduci per via commodiorem, ſed longiorem, nempe per Sylvulas, ſiquidem faveat tempeſtas. Hoc vero anno per via proxima lapidibq inſtrata procedendum fuit, ut temporis compendium aliquod faceremq, cum hora 9.na in templo noſtro funus tumulo inferretur, et curandum fuerit, ut media 9.na finiretur noſtra Solemnitas &c.

8 Julij. Dom. 5. Poſt Pentec. Conventus Ordinarius, et Exhortatio.

15. Jul. Dom. 6. Poſt Pent. Conventus, et Exhortatio.

22. Jul. Dom. 7. Poſt Pent. Conventus et Exhortatio.

29. Jul. Dom. 8. Poſt Pent. Conventus, in quo diſtributi SS. Menſtrui, et data bona opera.

5. Aug. Dom. 9. Poſt Pent. Nullus pro more Conventus propter Proceſſionem in honorem S. Ignatij inſtitutam.

12. Aug. Dom. 10. Poſt Pent. Conventus et Exhortatio. Præſcripta confeſſio et cōmunio in Feſtum B. V. aſſumptæ.

15. Aug. Feſtum aſſumptæ B. V.

19. Aug. Dom. 11. Poſt Pent. Conventus, et Exhortatio.

26. Aug. Dom. 12. Poſt Pent. Conventus, diſtributi SS. Menſtrui; & data bona opera.

2. Sept. Dom. 13. Poſt Pent. Conventus, et Exhortatio ultima, poſt qua oblata bona propoſita tempore feriarum autumnalium ſervanda, et privatim diſtributi SS. Menſtrui pro menſe Octobri. collecti Libri Spirituales, et Spiritualia arma &c.

8. Sept. feſto Nat. B. V. Præſcripta Confeſſio, et cōmunio obita in templo. Hora 7.ma Sacrum in Oratorio dixit Præſes, ſub quo præeunte Præfecto recitata corolla mariana, litania Lauretana, et renovata formula Mariana. Tum Supellex ſacra diligenter cuſtodita, et in locum ſecuru eſt repoſita.

Cum Teſtimoniis alio Diſceſſere ſequentes Sodales. Joañes Georg. Lindtner, Georg. Joſ. Peer, & Franc. Xav. Suuard, Rhetores. Georg. Melch. Pulling, Hum. Illuſtr. ac Gen. D. Franc. Xav. L. B. de Quentell &c et Joan. Wolfg. Zengler Synt. maj. Ign. Kneipfer; Simon Joan. Schmid; Joſ. Adam. Schreiber, & Joan. Adam ~~Lopf~~ Pedel Synt. min.

In Monaſterium Waldſaſſenſe ſuſcepti ſt Nob. Thom. Loybl, & Caſp. Rengseiſer, Rhetores.

Novus annus Scholaſticus Annus 1759.

Præſide eodem P.^{re} Aloyſio Milbacher.

October.

21. Oct. Dom. 20. poſt Pentecoſt.

Nullus pro more Conventus ob Dedicationem Noſtri Templi.

28. Oct. Dom. 21. Poſt Pent.

Primus Conventus; in quo diſtributi ſunt SS. Menſtrui; et data bona opera præmiſſa brevi Exhortatione. promulgati etiam; qui cum teſtimoniis aliunde advenere; nimirum: Perill. Maximilian. de Beer Rhetor, Paſſavio; Georg. Enders Rhetor Schlakoverda; qui privatim ſuſceptus eſt, cum Sodalitas, e qua ad nos venit, non ſit Romanæ aggregata. Joſ. Grueber Rhetor, Ratisbona. Nob. Joſ. Adam. Aymold. Human. Ludov. Stitter Rhet. Ratisb. Xav. Komman̄ Rh.

Syntaxiſtæ minores admiſſi ſunt ad Tirocinium.

Diſtributi Sodalibus ſecundum claſſes pii Libelli.

4. Nov. Dom. 22 Poſt Pentecoſt.

Conventus Ordinarius; ſub quo recitatum eſt pro more aliorum an̄orum Officium defunctorum pro Sodalibus, et benefactoribus noſtris etc. indicto Exequiæ Univerſales pro iisdem die Martis ſequenti a majori, et minore Congregatione ſimul celebrari ſolito; ubi Præſes in ara S. Xaverii piaculare Sacrum dixit, et mutua dedit argentea candelabra, ſcutum genii; et 8 cereos, quos repetiit.

11. Nov. 23. Dom. Poſt Pentecoſt.

Conventus Ordinarius, et Exhortatio.

13. Novembr.

Feſto S. Stanislai Patroni Noſtri Secundarii indicta Confeſſio; et S. Comunio ſub officio in templo ordine quo fieri poteſt; a Sodalibus peragenda.

18. Nov. Dom. 24. Poſt Pent.

Conventus; in quo inſtituta eſt Electio novi Magiſtratus Mariani; diſtributi ſunt SS. menſtrui; et data bona opera. Pro munere Præfecti a Conſilio propoſiti ſunt: In medio Joan. Caſp. Winckler Rh. a Dextris Ignat. Guetman Rhet. a Siniſtris Joſeph Bauer. primus ultra centena tulit ſuffragia. renovata formula ad S. Stanisl.

27. Nov. Feſt. Præſentationis B. V.

Hora 7.ma Miſſa Solennis in Oratorio Lecta eſt a R.^{do} P. Miniſtro ante invitato; qui et in ordine Sodalibus Sacram Synaxin diſtribuit ſuaviter interim concinentibus Muſicis.

25. Nov.
Dom. ult. post Pentec.

In hanc Dominicam incidit Festum D. Catharinæ, hinc nullus Conventus ob Declamationem Rhetorum.

2. Decembr. Dom. I. Adv.

Conventus, et post brevem Exhortationem Promulgatio novi Magistratus Mariani, subjunctum est a Musicis tubas inter, et tympana Te Deum Laudamus. Non invitatum est speciatim, quia Drama Marianum ob rationabiles causas differri oportuit in mitiorem anni tempestatem. more habitum est Tirocinium. Hodie item schedæ denuntiatoriæ pro festo tituli missæ in Parochiam, ad RR. PP. Franciscanos, et una valvis templi est affixa. Inscripta sunt etiam, quæ in festo Tituli observanda occurrunt. et ara splendidè est exornata. adfuere Promulgationi complures ex DD.nis Lyceistis cum DD. Logicis.

7. Decembris.

Pridie Festi Principalis Sodalitatis nostræ affixus Ordo Comprecationis, Sodales mane ad annuam Confessionem peragendam sunt dimissi; Ornatus Oratorium splendore, quo fieri potuit, maximo, et parata necessaria, quæ fusius annotata sunt anno priori in hoc Diario.

Notandum speciatim, quod pro majori commodo Sodalium, et hospitum adventantium, ut angustiæ Oratorii paululum laxarentur, Organum ex Oratorio translatum sit in exterius atrium, et ad Superiore Odei januam collocatum, ibique Musicis commodior statio sit assignata. In loco vero, ubi Organum in Congregatione asservatur affixum est Diploma Erectionis nostræ Congregationis, plura item scamna, et sellæ præparatæ pro hospitibus, omnibus id plurimum approbantibus.

NB organum pneumaticum loco moveri majori cum detrimento compertum est, quam ~~ut~~ exiguum illud spatium quod occupat prodesse posset dilatando oratorio.

8. Decembr.
Festum Titulare.

Mane hora 6.ta more consueto expositum Venerabile præsente Consilio Cereis ardentibus instructo &c. Hora 7.ma Sacrum inter festivos concentus Musicorum dixit, eoque finito S. Synaxin distribuit ipse R. P. Rector, alterum Sacrum subjungente Præside, qui Venerabile in templum reportavit comitante Consilio Cereis ardentibus instructo. Hora 9.na ad Officium præeunte Genio, Ductoribus, acolythis et Crucifero procedebatur in ordine Consilio Scipionibus se distinguente a Ceteris, et ante Præsidem ejusque Socium incedente. Officium cantavit A. R. D. Parochus Xenodochij Specialiter invitatus, qui id ſingularis honoris loco habuit alias Congregationi addictiſſimus, et Profecti recens electi Mecœnas ſpecialis. Patuit interea Oratorium omnibus promiſcue, qui frequentiſſimi ad Matrem, ut ajebant, pulcherrimam inviſebant. Media prima in Oratorio adornata Muſica, Hora 1.ª datum initium Conventui, cui invitati aderant 10 v 12. RR. PP.es cum R. P. Rectore, Magiſtri, et Fratres aliquot, DD.ni ex urbe, et Lyceo valde frequentes. Exhortationem habuit ipſe Præſes, cui ſubjungebatur cantata formula, tum prodeunte Profecto homagiū inſtauratū, et facto oblationes Muſicis hymnum Ambroſianum cantantibus. Hora 3.ª rurſū ut ad officiū proceſſimus in templum ad ultimā horā Comprecationis, ad ultimā S. Benedictionem Conſilio dati ſunt ardentes Cerei. Tandem ½ 5. clauſum eſt Oratorium, et Muſicis ac Sacriſtanis hauſtus datus &c. &c. vide an. priore.

Per Octavam ne ſeduli cultores deeſſent amabiliſſimæ Matris, et ut conceptus fervor duraret longius, honorque major haberetur Immaculatæ Virgini Præſes ſuis Diſcipulis ſuaſit, et perſuaſit facillime, ut ſinguli Diebus med. 10.ma antemeridiana, et a prandio quadrante ante ſcholam accederent Oratorium, et B. V.nis Officium majus recitarent, quod cum gaudio præſtitere omnes. diebus Recreationis Officium totum recitabatur ante meridiem, ubi liberum erat Oratorium accedere Sodalibus omnibus, qui volebant, quorum etiam plerique comparuerunt pauciſſimis exceptis. Finito hoc octiduo remota rurſum ſunt pretioſiora aræ ornamenta, ſuisque locis reſtituta.

9. Decembr. Dom. 2. adv. Nullus pro more habitus Conventus ob precedens Feſtum Tituli.

Per hebdomadem habita 2. Tirocinia, Examinatæ Schedæ Confeſſionales, apertæ formulæ, et oblationes annotatæ.

16. Dec. Dom. 3. Adv. Conventus, et Exhortatio de Regulis Marianis, earumque ſedula obſervatione. Datæ a Conſultoribus ſchedæ, quibus de Sodalium moribus teſtarentur, et duo conſtituti, ut ante Conventum in Oratorio invigilent, an ſilentium, et reverentia debita ſervetur.

6

Annus 1759.
December.

Decemb. 23. Dom. 4. Adv. — Conventus Ordinarius, & Exhortatio. Lecta quaedam monita pro Sodalibus &c.

30. Decemb. Dom. Infra octav. Nativit. — Conventus, ſub quo diſtributi S. Menſtrui et data bona opera. caſtigata aliquorum verba minus Sodalem decentia proferentium licentia, & aliorum garrulitas in ſtilo,

Pridie habitum Tirocinium.

Annus 1760.

Januarius.

Annus 1760.
Januarij.

5. Januarij. — Habitum Tirocinium.

6. Jan. Feſto Epiphan. — Conventus Ordinarius, et Exhortatio. Lecta ſuffragia, et perſoluta pro Congregationibus Confoederatis.

per hebdomadem habita 2 Tirocinia.

13. Jan. Dom. 1. poſt Epiphan. — Conventus Ordinarius, & Exhortatio, Lecta rurſum ſuffragia Confoederatarum Sodalitatum 2. Tirocinia.

20. Jan. Dom. 2. Poſt Ep. — Conventus, & Exhortatio, Lecta ſuffragia ad nos miſſa, Item lecta poenitentia quibusdam Rhetoribus et Poëtis, qui aliquoties inviſerunt hoſpitia, ac ſeveriſſime inculcata ſunt omnibus puncta quaedam aut emendanda, aut ſolicite fugienda et vitanda, praeſertim verba ſcurrilia et conſortia prava, et ſuſpecta &c. poſt Exhortationem dictum quinquies Pater et Ave pro Benefactore noſtrae Congregationis.

Per hebdomadem habita 2. Tirocinia.

27. Jan. Dom. 3. Poſt Epiphan. — Conventus, in quo diſtributi S. Menſtrui, et data bona opera, indicta ſuffragia pro defunctis confoederatis, et Comūnio ſequenti feſto Purificationis obeunda. petita etiam fuit a Conſultoribus Informatio de Tironibus, an digni videantur, ut ſuſcipiantur, aut utrum defectus in iis notati ſint, propter quos differendi eſſent. conſpirarunt autem omnium ſuffragia, nullo excepto, quod exacte in moribus omnes ſatisfecerint, unde et omnes admiſſi ſunt.

Per hebdomadem 3. Tirocinia.

2. Febr. Feſto Purificat. Virginis. — Hora 7.ma ad aram ſplendide, ut in feſto tituli, exornatam fecit R. P. Joſ. Pachmayr Prof. Caſ. et Prof. Gymn. Specialiter invitatus, qui et Sacram Synaxim diſtribuit Sodalibus ſub Miſſa, concinentibus interim Muſicis.

Annus 1760
Februarius.
Susceptio Tironum.

Hora 1.ma habitus Conventus, in quo suscepti sunt Tirones 54. more consueto ⁊ ad Confessionem Generalem prius in Tirociniis instructi eam peregerunt hodie mane, quem in finem rogati a Praeside sunt PP.res Confessarij, ut iis Sacrum prius dicere velint, distributi etiam petentibus cerei ⁊ Musicis, et Sacristanis datus haustus. adfuerunt huic solemnitati unus et alter e Collegio, & Lycæo.

3. Febr. Dom. Septuag.

Conventus anticipatus fuit heri propter susceptionem Tironum.

10. Feb. Dom. Sexages.

Conventus Ordinarius, et Exhortatio. Lecta monita quaedam, ut Sodales pia agere discant hilaria, et comēndata hoc praecipue tempore singularia quaedam pietatis opera obeunda.

17. Febr. Dom. Quinq.

Nullus Conventus propter 40. horarum Comprecationem, ad quam Die Lunae sequenti hora 2.da in Ordine Sodales e Gymnasio processere, et inter pulsum campanarum, et Tubarum, Tympanorumque sonos excepti, et reducti sunt; praeibat genius cum Ductoribus, crucifero, et Acolythis, Consiliarium Sessionibus erat instructum, Praesidem comitabatur M. Rudimentorum pro hoc obsequio rogatus. Sodales Musici amoenam adornarunt Musicam non ex praescripto quidem, sed ex consuetudine aliorum annorum:

24. Dom. I. Quadrages.

Conventus, in quo distributi SS. Menstrui, et data bona opera.

2. Martij. Dom. II. Quadr.

Conventus, et Exhortatio. Lecta Poenitentia Franc. Mich. Spott Synt. min. qui in elapsis Bacchanalibus choreas duxit, pro poenitentia sub toto Conventu in medio Oratorij debuit flectere, et imposterum Congregationis loco tamdiu adire Catechesin jussus est, donec mores suos satis probaverit.

9. Martij Dom. III. Quadr.

Conventus, et Exhortatio. Invitati Sodales ad Promulgationem Congreg. M.no sequenti Dominica instituendam. indicta Confessio, et Comūnio pro Festo Annuntiationis B. V. M. Lectum monitum, ne quis more perperam introducto atque gravissima ~~[illegible]~~ ratione pro Feriis Paschalibus domum abeundi licentiam petat, certo negandam.

16. Mart. Dom. IV. Quadr.

Nullus Conventus ob Promulgationem Congregationis majoris hac die institutam.

23. Mart. Dom. V. Quadr.

Nulla Exhortatio ob Festum Tituli, et Comprecationem 40. horarum Congregationis de Bona morte, distributi tamen sunt SS. Menstrui, & data bona opera.

Annus 1760

Martius.

25. Martij Feſto Annunt. B. V. M.

Media 7.ma a Præſide in Oratorio dictum eſt Sacrum ſine Muſica (: eo quod Seminariſtæ alias hac die plurimum eſſent occupati :) Sed muſicæ loco præeunte Præfecto recitatum eſt Roſarium cum Lauretanis præconiis, ſub Sacro Sodalibus diſtributa eſt S. Synaxis; quam Seminariſtæ muſici pro opportunitate obire juſſi ſunt in templo.

28. Martij. Feſto Matris Doloroſæ.

Oratorium ſolenniſſime eſt exornatum, et plurimis cereis illuſtratum; Media 10.ma ad aram operatus eſt R. P. Conradus Frenau Concionator Parochialis ſpecialiter invitatus, cum R. P. Rector ob infirmitatem maturius Sacrum facere cogeretur. Sub Sacro cantabatur Planctus Marianus, et Cantilena de Matre Doloroſa. Aderant præſentes ex Collegio cum R. P. Rectore PP. 12. 4. Magiſtri, et quidam CC. FF. cum permultis ex Lyceo, et urbe, ac diſcipulis Gymnaſij omnibus.) atque ut anguſtum Oratorium facilius caperet hoſpitum numerum, Organum et Muſici extra Oratorium tranſlati ſunt; quod percommodum accidit, et ſcamna plura tapetibus inſtrata, ac in Oratorio ad uſum hoſpitum fuere diſpoſita etc. Sacriſtanis datus hauſtus.

30. Mart. Dom. Palm.

Nullus pro more habitus Conventus.

4. April. Die Paraſceves.

Inſtituta eſt a Congregatione Matris Doloroſæ ſolemnis Proceſſio, et repræſentatio Paſſionis Dominicæ; quæ res nec laboris quidpiam, nec aliam moleſtiam faceſſit Præſidi Studioſorum, quam quod multa ab eo petantur in ſubſidium et ad ornatum Proceſſionis etc.

5. Apr. Sabbatho S.

Hac die Hora 2.da Pomeridiana Noſtra, et major Congregatio junctis ſtudiis eduxit ſupplex agmen ad Cenotaphia Domini; Nulli omnino data eſt licentia, ut abeſſet, aut in patriam ſuam abiret, ſed omnes Sodales in ordine comparere debuerunt; neque ſub Proceſſione hac opus pœnitentiæ publicum peragere licuit; quia aliqui alias ſe ſubducere ſolebant mentientes ſe Pœnitentiæ opus peregiſſe. Neque etiam poſt hanc Proceſſionem devotam plane, et ad communem ædificationem valde ſpectabilem, porro aliud agmen pœnitentium eductum fuit; et voluit Congregatio major hoc anno et ſequentibus exemplo minoris inſiſtere, et flagellationem publicam ob plurimos abuſus et incommoda facto Decreto abrogare. quare ſoli cruciferi, et pœnitentes in veſtibus Ciliciis comitati ſunt ſupplicantium agmen, nec altera 2.da Proceſſio eſt inſtituta.

Ordo autem, quem tenuimus, erat ſequens: præibat Genius Congregationis minoris nigro velo tectus; tum 2. Ductores pullati, cruciferi et acolythi pariter pullo amictu veſtiti etc.

Sequebantur Syntaxistæ minores, post illos Labarum, tum Syntaxistæ majores, post illos rursum Labarum, denum Poëtæ, et Rhetores, tum ferculum Matris Dolorosæ splendide ornatum portabatur a 4. Rhetoribus lugubri habitu vestitis, fulcra deferebant pueri ad id constituti. post ferculum ante Consilium Marianum alter genius incedebat et ipse nigro peplo velatus, denique consilium Superioribus, et nigro vestitu instructum, ac Præses cum Mro Socio. Immediate post Præsidem incedebat Genius Congregationis Majoris, Ductores, Cruciferi cum Acolythis. subin agmen cruces bajulantium, ac pœnitentium; post hos Labarum, dein alterum agmen pœnitentium ac 4.tum Labarum. post hoc Sodales non studiosi, et post Labarum 5.tum Sodales studiosi, subin nigra vexilla tria, Musici cantantes Planctum Marianum, Genius pullatus, Consilium Marianum cum Præside etc. Sacrum Sepulchrum ab 8. Clericis portatum, quod circumdabant faciger. agmen claudebant Illustres, ac honoratiores Sodales etc. Incedendo per urbem alta voce recitabatur rosarium, ne ordo turbaretur, consilium Marianum Sodalitatis minoris solum ingrediebatur templum, reliquo interim agmine procedente, et recitatis prodeunte Præside 5. Pater et ave cum oratione respice quæsumus etc. mox rursum agmini se junxit, et locum suum Magistratus Congregationis majoris etc. itum autem 1.o ad RR. PP. Franciscanos, inde in Xenodochium, tum ad RR. PP. Paulanos, postea in Parochiam, et sacellum aulicum, ac denique in templum S. Georgii, quod Sodales omnes ingressi sunt, et precibus persolutis rursum discedentes locum fecere Congregationi majori. Tum mox omnia suo loco sunt reddita etc.

6. April. Dom. Resurrect.

Nullus pro more Conventus, etiam ob Declamationem Rhetorum, quæ hac die habetur, cum feria 3.a Gymnasium solet peregrinari in montem Marianum.

13. April. Dom. I. Post Pascha

Conventus, et Exhortatio. Lecta Pœnitentia quibusdam Rhetoribus, qui scurrilibus rixis contra decentem modestiam peccarunt. item aliorum Rhetorum, Poëtarum, et Syntaxistarum minorum garrulitas in oratorio Mariano ante conventum, et in templo sub re divina reprehensa est etc.

20. Apr. Dom. II. Post Pascha.

Conventus, in quo distributi sunt P. Menstrui, et data bona opera, ac instituta Electio novi Magistratus Mariani.

Annus 1760.
Aprilis.

Oblatum a quodam extero numiſma argenteum ad aram Imaculatæ Noſtræ Virginis appendendum ob ſpeciale beneficium ejus Patrocinio obtentum.

Propoſiti a conſilio pro munere Præfecti ſunt ſequentes: in medio: Georg. Ignat. Güetman Rhetor, qui per 80 fere ſuffragia primas tulit. ad dexteram Balth. Georg. Reiſer, Rhet. ad ſiniſtram: Joſ. Bauer, Rhetor.

26. April.

Hora 10.ma comitati ſumus funus Prænob. et Perdocti D. Joſephi Conradi de Boslam Philoſ. Stud. pie in Domino defuncti, eo fere ritu, quo Sodalium noſtrorum funera efferri ſolent, præeunte ſcilicet Genio et Ductoribus pullatis, crucifero et acolythis, idque ex ea ratione, quod et ante annum Sodalitatis noſtræ Præfectus, et Benefactor fuerit, decusque Lycei, et Gymnaſii ſpeciale. Illatum fuit funus tumulo in templo Parochiali, reliqui Gymnaſiſtæ, et Sodales Congr. m.ris diſceſſere ſub officio funebri omnes, ſolo ad finem usque ceremoniarum funebrium remanente Præſide Congr. min. qui de reliquorum diſceſſu non monitus ad ædificationem convenientius putavit, ſi remaneret usque ad finem rei ſacræ; uti aliis in locis fieri conſuevit.

Hac item die Sabbathi poſt Lytanias pomeridianas circa 4tam exhibitum eſt 1.ma vice Drama Marianum præſente Illuſtriſſimo Vice-Gubernatore, pleniſque e Collegio, et plurimis e nobilitate, ac omni ordine.

27. April. Dom. 3. Poſt Paſch.

Hora 1.ma Conventus loco 2.do exhibitum eſt Drama Marianum, et promulgatus ab initio Magiſtratus Marianus præſente Reverendiſſimo, Illuſtrmo, ac Excellentmo DD. Epiſcopo Ratisbonenſi hic in Viſitatione moranti cum ſuo comitatu plurimis e nobilitate, et omni ordine. ad Conventum de bona morte in ordine deducti ſunt Scholæ Syntaxi inferiores, et non Sodales; Sodales poſt Drama extra ordinem adere. &c.

28. April. die Lunæ.

Hodie Drama Marianum tertio exhibitum ad lampades, ut diebus prioribus.

☩

Priori die Sabbathi Hora 10.ma tumulo illatum eſt funus Prænob. ac perdocti D. Joſephi Conradi de Boslam Philoſophiæ Studioſi, qui nuper Præfectus Congregationis nræ fuit, et Benefactor ſpecialis. ideo æquum cenſuit Præſes, ut defuncto ſpecialis etiam honor habeatur; juſſit ergo Sodales omnes præeunte genio, Ductoribus, crucifero & acolythis pullatis comitari funus eo ritu, quo Sodalis ad tumulum deferri ſolet. Placuit ea res ſummopere gratioſæ illius D.næ Matri, quæ Congregationi ceu pium Legatum ex premiis Recreationis defuncti undecim florenos miſit.

Annus 1760.

4. Maij. Dom. 4. Poſt Paſcha.

Dominica 4. Poſt Paſcha habitus Conventus, in quo recitatum eſt Officium Defunctorum pro defuncto Prænob. D. Joſ. Conrado de Bozlarn, & Speciali Benefactore Sodalitatis noſtræ. Item moniti ſunt Sodales de Devotione erga S. Aloyſium per ſequentes 6. Dominicas religioſe obeunda, in quem finem etiam finitis conventibus præeunte Profecto ab omnibus dicendum erit ſexies Pater & ave cum totidem Gloria Patri &c.

10. Maij.

Hodie ſub Veſperum ultimis morientium Sacris rite munitus eſt Prænob.lis Joſeph. Gulielm. Hamel Rhetorices ſtudioſus; Sodales omnes in ordinem convocari, ut Deum Euchariſticum comitarentur, non poterant, cum urgere videretur periculum; quod Profes: qui a dilecto ſuo diſcipulo plurimum rogatus ad extremum usque ei adſtitit cum ſolatio; majus ſuſpicabatur, quam omnes fere alii. miſſus igitur eſt Rhetoru quidam in vicinia ægroti habitans, qui Sodales ſaltem viciniores, et quotquot poſſet, ſtatim convocaret, qui etiam ſatis magno numero, præſertim Rhetoru plerique: comparebant, et Venerabile ſequebantur, ac reducebant in Parochiam &c.

11. Maij. Dom. V. Poſt Paſcha

Conventus, et Exhortatio; qua finita, cum hodie cœperent cultus S. Aloyſii per 6. Dominicas continuandus, omnes Sodales præeunte Profecto in Oratorio recitabant ſexies Pater et ave cum totidem Gloria Patri, et orae Eccleſiæ de S. Aloyſio. Comendatus quoque publice Sodalium precibus Prænob. Joſ. Hamel periculoſiſſime decumbens, qui eadem die piiſſime in Domino obiit, ita ut ejus mors pretioſa in conſpectu Domini fuiſſe merito cenſeri poſſit; fuit quippe Juvenis optimæ, et pacatiſſimæ indolis, Superiorum obſervantiſſimus, B.mæ V.nis præſertim, et S. Aloyſii cultor devotiſſimus, Candidatus Societatis noſtræ ferventiſſimus &c. Sed conſummatus in brevi explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius; propterea properavit illum educere e medio iniquitatis. non integro triduo decubuit; nam 8.va Maij ſanus cum ſuis Condiſcipulis deambulavit per prata, die Veneris rupto interno ulcere ſeu apoſtemate periculum ipſius advertit, et Profeſſori ad ſe inviſenti errata ſua pro confeſſione expoſuit, Deoque ſe totum generoſiſſime conſecravit. mox æſtu interno invaleſcente alienus a ſenſibus eodem poſt ſcholas pomeridianas ad eum inviſente pleno uſu ſenſuum recepto iteratam exomologeſin peragere voluit; altera die, 1.a nimirum Dominica exurgente feſtum S. Aloyſii præcedente,

✠

funus Sodalis & Rhetoris

Annus 1760.
Majus.

Sacram Synaxin recepturus, cum singulari in hunc Sanctum affectu ferretur; sed suasum est a Professore, ut diem illum mox praeverteret, cum periculum propinquius suspicari pronum videretur. Igitur Sacro viatico, et unctione sibi potentissime inter ardentes affectus munitus est, et persoluta gratiarum actione rursum a sensibus alienatus pie deliravit amisso etiam linguae, et aurium usu, nisi quod oculorum nutibus suum in B.a V.ne praesertim, et S. Aloysium testaretur studium; utpote quorum antea vivissima memoria recreabatur. per intervalla parvula sibi redditus D.na Matrem gementem jacturam cari filii ipsius [illegible] ante mortem hortabatur, se, si saluti suae aeternae proficuum foret, ope S. Aloysii, et Matris gratiae sanitatem esse recuperaturum; secus non invideret sibi coeli gaudia, ubi potiri amato suo posset. demum, cum loqui non posset amplius, apprehendens ipse crucifixi imaginem, eamque dulcissime dissuavians, in amplexu Salvatoris sui suavissime exspiravit relictis vitae innocentissimae, et mortis pretiosissimae exemplis, quae longum foret enarrare. Obiit 1.a Dominica Aloysiana occidente sole; quam diem aeger iterato adesse brevi suspirabat suo Aloysio, ut aiebat, affectum testaturus. Stupori porro fuit omnibus, nullum vel minimum horroris signum, sed laetitiam potius, ubi de morte mentio facta est; edidisse, exultavit autem, cum illa S. Patroni sui morientis verba sibi suggeri audivit: Laetanter [illegible] Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi; in domum Domini ibimus. &c. Requiescat carissimus hic S. Aloysii cliens in sancta pace, et post se trahat plures sibi similes Aloysianae puritatis et innocentiae imitatores.

13. Maij. Elatum est funus Dicti Sodalis Amantissimi Hora 9.na sequenti ordine: Hora 7.ma Dictum Sacrum dato 3.o quadrante a Sacristano signo campano, et invitato jam pridie Lyceo et Gymnasio, Hora 9.na ad deducendum funus processit Genius Rhetor, cum Ductoribus; crucifero, ex eadem schola. sequebantur tres classes infimae, tum altae, Genius, Ductores, crucifer; acolythi, cum Sodalibus, quibus se adjunxit Lyceum, R. P. Praefectus, et Professores Gymnasii invitati, 6. Rhetores pullo habitu cum pileis nigris faces juxta tumbam portabant a Congregatione comparatas. 8. alii Rhetores gestabant feretrum eodem modo vestiti; comita-

bantur etiam funus poſt feretrum ducenti fere milites in ordine ſubſequentes cum ducibus non paucis; atque ſic ad SS.mæ Trinitatis cœmeterium proceſſum eſt. niſi tantus adfuiſſet numerus militum, Lyceum ſecutum eſſet primum poſt feretrum, nunc vero ſe Gymnaſio junxit, ne omnino ~~inter~~ ultimam claſſem relegetur. corpore tumulato Sacris mox dictis in templo SS. Trinitatis adfuit Gymnaſium quoque; et Doctores, ſcholareſque ad aras ſervierunt. alii Rhetores etiam cum mortui condiſcipuli agnatis oblationes fecerunt &c. domum tandem reditum eſt in ordine usque ad Gymnaſium, ſed in ſilentio, cum prius in deductione funeris alta voce ab omnibus recitaretur roſarium &c. Die ſubin altera ad exequias in Parochia celebrandas: ſeu ad officium funebre miſſi ſunt Condiſcipuli, qui & diligenter comparuerunt. omnibus vero Studioſis caſus hic, et occaſus tam celer huius tironis egregii gemitus, plurimis lacrymas expreſſit: mortis ſimul tam beatæ, et vere Aloyſianæ exemplum pietatis, et virtutis curam accendit &c.

17. Maij. Hodie invitatus cum Diſcipulis in Parochiam ad exequias pro Joan. de Hamel &c. celebrandas deſcendit Profeſ. cum Diſcipulis, et ibi Sacrum dixit &c.

18. Maij. Dom. 6. Poſt Paſcha. Conventus, ſub quo recitatum ab omnibus Sodalibus Officium Defunctorum pro Joan. Joſ. de Hamel Rhetore nuper piiſſime defuncto! promiſſa etiam brevis Exhortatio opportuna circumſtantiis: et ad accendendum fervorem Sodalium accommodata &c.

25. Maij. Domin. Penteco∫t. Nullus pro more Conventus.

1.ma Jun. feſto SS. Triados. Conventus Ordinarius, diſtributi S. menſtrui, et data bona opera.

4. Jun. pridie Theophoniæ. Roganti Grat. D. de Camerbauer &c. ut prioribus annis minus pretioſa quædam aræ ornamenta mutuo data ſunt, pro quibus humaniter grates egit.

8. Jun. Dom. 2. Poſt Pent. Conventus Ordinarius, et Exhortatio.

12. Junij. Argenteæ Statuæ, Candelabra &c. ad ornandam aram mutuo data ſunt Grat. D.no Weinzierl &c. qui preter humaniſſimas grates Congregationi dono dedit 1 f. 15 X.r et Sacriſtanis etiam ſalarium dedit.

15. Junij. Dom. 3. Poſt Pent. Conventus, et Exhortatio. Lectum monitum, ne ante Conventum in foro confabulentur quidam Sodalium, ſed in Oratorio Sacræ Lectioni attendant. Indicta etiam confeſſio, et Communio feſto S. Aloyſii in templo ſub officio in ordine obeunda. idem invitati ſunt Sodales ad Horas comprecationis ante aram S. Aloyſii inſtituendas &c.

Annus 1760

Junius.

21. Jun. Festo S. Aloysii ab Hora 4. Matutina usque ad 6.tam Vespertinam, Sodales oēs, et Discipuli Gymnasii partito tempore per horam ad aram S. Aloysii comprecati sunt monitis etiam et rogatis pridie Professoribus. Unde affixus fuit ad valvas Gymnasii. Comūnio non in Ordo Mariano, sed ab omnibus in ordine. obita est Hora 9.na sub officio in templo, neque hac die dictum est in Oratorio Sacrum, sed in diem sequentem, ubi minus impediti erant plerique dilatum fuit. Post officium susceptus e quidā Syntaxista, qui prius expectavit.

22 Jun. Dom. 4. Post Pent. Mane hora 7.ma dictum Sacrum in Oratorio cum musica. Post elevationem renovata est Formula Votiva ad S. Aloysium.

Hora 1. Conventus, et Exhortatio. Lecta poenitentia compluribus negligentioribus, qui mane defuerint e Sacro. Ara ornata erat soleñissime, Sacrum vero dixit ipse Praeses.

29. Jun. Dom. 5. Post Pent. Conventus, in quo distributi S. Menstrui, et data bona opera.

2. Julii. Fest. Visit. B.V. Hora 7.ma Sacrum cum Musica in Oratorio dixit R. P. Concionator Parochialis pridie invitatus. Comūnio dilata est in sequentem diem Dominica 1.a Mensis Julii, propter nimiam propinquitatem priorum festorum &c.

6. Julii. Dom. VI. Post Pentecost. Conventus ordinarius, et Exhortatio. indicta etiam Supplicatio in montem Marianum deducenda die Mercurii, sic volente R. P. Rectore &c.

9. Julii. Processio in montem Marianum. Instituta Solemnis Supplicatio more aliis annis consueto: Datum nempe 1.um Signū hora 5.ta tum in Gymnasio convenere Discipuli, et media 6.ta in ordine praeeunte genio, crucifero, Pulsoribus et acolythis, percepta S. Benedictione initium datum cantandis precibus Lauretanis; et post S. Maria e discessum ē per urbem: ubi mixto singulis rosarii decadibus cantu omnes alta voce recitarunt corollam Marianam ante constitutam portabatur a 4. Rhetoribus rubris palliis indutis Imago Congregationis nostrae splendide ornata. ad Devotionem officium absque Levitis Cantavit Praeses ipse, data ante et post illud S. Benedictione sine cantu. ad aram laterale invitatusque Sacrū dixit R. P. Ign. Treitsher Praes. Congr. de B. Morte. pridie Humanitatis gratia Praeses convenit Pl. R. et Grat. D. Decanum Civitatis, et eum de supplicatione hac instituenda edocuit, ac ne quid necessarium deesse sinato rogavit &c. reditum priori ordine &c.

13. Jul. Dom. VII. Post Pent. Conventus Ordinarius, et Exhortatio.

20. Jul. Dom. VIII. Post Pent. Conventus Ordinarius, et Exhortatio.

27. Jul. Dom. IX. Post Pent. Conventus Ordinarius, in quo data sunt Bona opera, et distributi S. Menstrui.

Dom. 10.ma Post Pentecost. Nullus Conventus pro 3. Augusti.
more ob Processionem in Honorem S. Ignatij institutam,
in qua complures etiam Sodales Personas agere solent.

Conventus Ordinarius, et Exhortatio. praescripta est 10. Aug. Dom. 11. Post Pent.
Confessio, et Comunio in ordine pro subsequenti festo As-
sumptionis B. V. M.

Hora 7.ma in Odeo Mariano Sacrum dixit Praeses 15. Aug. Fest. Assumpt. B. V. M.
ipse, sub quo a Praefecto recitata est corolla Maria-
na cum Lytaniis Lauretanis. Comunio ex praescripto
Gymnasij obita est in ordine sub Officio in templo.
ante Sacrum piis Sodalium precibus comendatus est
Joan. Henr. Wührl Synt. major, Seminarista, peri-
culose decumbens, qui et paulo post Sacrum circa ho- ✝ Defunctus So-
ram Octavam pie in Domino obiit, quin periculum sa- dalis Seminarista.
tis mature adverteretur, unde Sacro viatico muniri non
potuit; fuit autem Juvenis optimorum morum, et in-
dolis, de cuius innocentia sperare licet, eam cum Ma-
ria optimam partem elegisse translatum hac die glo-
riae ad capiendum praemium beatae imortalitatis.

Hora 8. eductum funus Joan. Henr. Wührl heri 16. Aug.
defuncti hoc ordine: 3.o quadrante ad 7.am datum in
templo signum ab uno Sacristano, et moniti Sodales
de peragendis suffragiis pro defuncto et Sacro pro eodem
offerendo, quod dixit Praeses inservientibus 2. acolythis,
et 4. cereis ardentibus a Congregatione suppeditatis &c. Solet
dici; ab uno Magistrorum rosarium alta voce responden-
tibus singulis. Hora 8.va funus elatum in cometerium
a S. Catharina dictum, quod comitatum est totum
Gymnasium ante feretrum, et Lyceum post tumbam
incedens, Genius, Ductores, crucifer et acolythi
omnes pullati constituti e minori Syntaxi, Porti-
tores seu bajuli funeris vero, et facigeri pullati
constituti sunt in Seminario, quibus Congregatio sup-
peditavit faces, et insignia pro ornanda tumba &c.
omnes ad S. Catharinae intererant rei divinae, qua
finita reditum in ordine ad Gymnasium.

Conventus, in quo recitatum Officium majus 17. Aug. Dom. 12. Post Pent.
B. V. Mariae pro more aliorum anorum.

Conventus, in quo recitatum est officium defunctorum pro 24. Aug. Dom. 13. Post Pent.
Sodali nuper a nobis tumulo illato, et injuncta Sodali
Rhetori poenitentia in occulto, quia et delictum erat occultum, nec pro-
palandum sine reliquorum scandalo p.

Annus 1760.

Augustus.

31. Aug. Dom. 14. Post Pent. Conventus ultimus, in quo primo data sunt monita pro feriis Autumnalibus Sanctius transigendis, deinde data sunt bona opera, ac bona proposita, ac distributi Sancti menstrui pro mensibus Septembri et Octobri. Moniti item omnes de libris a Congregatione acceptis diligenter restituendis, uti et armis Spiritualibus. Item, ut ii, qui petunt Testimonia, id scheda speciali Praesidi mature indicent.

2. Sept. Hodie ordine Scholarum, et alphabeti collecti sunt Libri Congregationis a Praefecto, duobus Consultoribus eum adjuvantibus, et examinantibus libros singulos. c.

7. Sept. Dom. 15. Post Pent. Quia hac die in patriam abeundi facultas omnibus concessa est, Hora 7.ma dictum est in Oratorio Sacrum a R. P. Pachmayr Casuum Prof. et Gymnasii Praefecto. Sub Sacro renovata formula Mariana, silente post elevationē musica. post Sacrum subjuncta Oratio ad B.^{a} V.^{ne} Sub tuum praesidium c. et Sodales in pace dimissi.

Cum Testimoniis abiere. Joseph. Stadler, Ludovic. Stritter, Fran. Mich. Fleischman. Dominic. Aschenbrenner, Rhetores, et Rhuindl, Poëta. Item Joan. Bapt. Kostl Rhetor.

Præside Patre Ignatio Walter, Tirolensi.

October.

26 Oct. Dom 22. post Pent. Conventus. Exhortatio. Distributi sub finem SS. Patroni menstrui.

November

2. Dom. 23a Pent. Nullus Conventus praeter vesperas hora I. in templo

9. Dom. 24. - - Conventus. Officium def. Electio novi mag.

16. Dom. 25. - - Conventus. Exhortatio. Promulgatio novi mag.

23. Dom. 26. - - Conventus. Exhortatio.

30 Dom. I. Adv. Conventus. Distr. SS. Patroni MM. etc.

December.

8. Festum Imaculatae Omnia ut annis prioribus.

14. Dom. III. Adv. Conventus Exhortatio.

Conventus. Exhortatio. — — — —		21. Dom IV. Adv.
Conventus. Diſtr. SS. Menſtrui — — —		28. Dom. infra Nat.
Annus 1761.		Januarius
	— — — —	4. Dom.
Conventus. Exhortatio	lecta ſuffragia pro Sodalib. confoed.	11. Dom 1. p. Epiph.
Conventus Exhortatio.		18. Dom Septuag.
Conventus Exhortatio.		25. Dom. Sexag.
Conventus. SS. Menſtrui		Februarius
Nullus pro more conventus Sed comprecatio h. 1. feria 2.		1. Dom. Quinq.
Sacrum cum muſica et Cōmunio Sodalium hora 7.		2. feſtum luminum.
Suſcepti tirones præmiſſis tirociniis.		
Conventus. Exhortatio.		8. Dom. 1. Quadr.
Conventus. Exhortatio.		15. Dom. 2. —
Conventus. SS. Menſtrui.		22. Dom. 3.
		Martius
Conventus. Exhortatio.		1. Dom. 4.
Conventus. Exhortatio	feſto Matris Doloroſæ Sacrum h. 7. cū cantu	8. Dom. 5.
Conventus nullus pro more		15. Dom. Palm.
Proceſſio hora 7. ad cœnotaphia Dni. — —		21. Sabb. Sancta.
Conventus nullus pro more. — — —		22. Dom. Paſch.
Conventus. Exhortatio. SS. Menſtrui — — — —		29. Dom. 1. p. Paſch.
		Aprilis
Conventus. Exhortatio. Electio novi Mag.		5. Dom. 2. p. P.
Conventus loco Promulgatio novi Mag. præmiſſo dram.		12. Dom. 3.
Conventus. Exhortatio.		19. Dom. 4.
Conventus. SS. Menſtrui.		26. Dom 5.
		Majus
Conventus. Exhortatio		6. Dom.
Conventus nullus pro more	feſto Annunt. Sacrum cū cantu h. 7. cōmunio	10. Dom. Pent.
Conventus. Exhortatio		17. Dom. 1. p. Pent.
Conventus. Exhortatio		24. Dom 2.
Conventus. SS. Menſtrui.		31. Dom 3.

1761

Junius.

7. Dom. 4 post Pent. Conventus. Exhortatio

14. Dom. 5 - - Conventus. Exhortatio.

21. Dom. 6. - - Conventus. Exhortatio 1ma 21 festu S. Aloys. Comio in templo

28. Dom. 7. - - Conventus. SS. Menstrui. hora 7. Sacru 2 pto Octava S. Aloysii

Julius. 2. festo Visit. Sacrum hora 7.

5. Dom. 8. Conventus. Exhortatio

9. die oct. Visit. B.V. Processio in montem Marianum.

12. Dom. 9. - - Conventus. Exhortatio.

19. Dom. 10. - Conventus. Exhortatio.

26. Dom. 11. - Conventus. SS. Menstrui.

Augustus.

2. Dom. 12. Conventus nullus propter processionem in hon. S. Patr.

9. Dom. 13. Conventus. Exhortatio.

15. festo Assumpt. Sacrum hora 7. cum cantu. Comunio in ordine.

16. Dom. 14. Conventus. Exhortatio.

23. Dom. 15. Conventus Exhortatio.

30. Dom. 16. Conventus Exhortatio. SS. Menstrui. Præside eodem.

Novus annus litterarius.

September.

October. 25. Nullus Conventus propter festu Dedic. Templi.

November. 1. Nullus Conventus propter Officium Defunct. in templo.

5. Exequia annua cum Congr. maj. quæ sola solviter pers

Dom. 26 post Pent. 8. Conventus officiu defunct. ~~Exhortatio~~ et SS. Menstrui.

15. Conventus Exhortatio Electio novi magistratus.

Dom 27 Fest. Præsent. 21. Sacrum cum musica in ordo hora 7. comunio libera

Dom 28. 22. Conventus Exhortatio. Promulgatio novi Mag.

Dom I. Adv. 29. Conventus. SS. Menstrui et bona opera.

December.

Dom II Adv. 6. Conventus. Exhortatio.

Mane hora ſexta expoſitū Venerabile pro 8. feſtum Im̄aculatæ ſeu tituli
horis comprecationis hora 7. Sacrū in odæo cum
muſica. diſtributa S. Com̄. hora 1. Exhortatio
et renovatio formulæ. hora 3 Veſp. cū litaniis.
ad officiū hora nona cum diaconis celebrandum
invitatus officiator templi noſtri. cætera ut alias. 13 Dom III Adv.
Conventus Exhortatio — — 20 Dom IV. Adv.
Conventus Exhortatio — — — — 27. Dom. infra Nativ
Nullus conventus propter Declamationem Poetarū.

Januarius. annus 1762.

Conventus SS. Menſtrui. bona opera. 3. Dom. Vacans.
Conventus exhortatio } Lecta Suffragia 10. Dom 1. poſt Epiph.
Conventus exhortatio } 17. Dom. 2. — —
Conventus exhortatio } 24. Dom 3.
Conventus SS. menſtrui bona opera. 31. Dom 4.

Februarius.

hora 7. Sacrum cum muſica in odæo et S. Com̄unio 2. Feſtum Purif.
Conventus Exhortatio } Lecta Suffragia 7. Dom. Septuag.
Conventus Exhortatio } 14 Dom. Sexag.
Nullus Conventus propter Comprecationē quæ 21. Dom Quinquag.
a noſtra Sodalitate inſtituta eſt feria 2da, hora 1. 28 Dom 1. Quadrag.
Conventus SS. menſtrui. bona opera.

Martius.

Conventus exhortatio ſeu Sacra hiſtoria 7. Dom. 2. Quadr.
Conventus exhortatio 14. Dom 3.
Nullus Conventus propter Promulgationem magiſtratus et Drama Congregationis majoris. NB 21 Dom. 4.
Conventus Exhortatio SS. menſtrui bona op. 28 Dom. 5.
NB feſto An̄untiationis hora 7 Sacrū et Com̄unio
Proceſſionis ad Cenotaphia Domini in Odæo Mar. cum Congreg. maj. Sabb. Sancto

Aprilis.

Dom. Palm.	4.	Nullus Conventus } pro more.
Dom. Paſch.	11	Nullus Conventus }
Dom 1. poſt Paſch.	18.	Conventus, Exhortatio.
Dom 2. - - .	25.	Conventus S. Menſtrui, bona opera.

Maius

Dom 3. - -	2	Conventus. Exhortatio.
Dom 4. - -	9	Conventus Exhortatio
Dom 5. - - .	16.	Conventus Exhortatio.
Dom. 6. - .	23	Conventus Electio novi Magiſtratus. S. menſtrui
Dom Pentecoſt.		Promulgatio novi Magiſtratus in qua Praefectus renuntiatus eſt Illmus Comes Max. Topor de Morawitzky. praemiſso dramate.

Junius.

Dom. 1. poſt Pent.	6.	Conventus Exhortatio.
Dom. 2. - -	13.	Conventus Exhortatio
Dom 3. - - .	20.	Conventus Exhortatio
Dom 4. - - .	27.	Conventus S. Menſtrui. Bona opera.

Julius.

feſt. Viſitationis	2.	hora 7. Sacrum cum muſica in odeo. Cōmunio
Dom 5 - -	4.	Conventus Exhortatio
Dies Jovis	8.	Proceſsimus hoc anno in monte Mariano cū Congregatione majore, cujus Praeſes Cantavit officium.
Dom. 6. poſt Pent.	11.	Conventus. Exhortatio.
Dom. 7. - -	18.	Conventus Exhortatio
Dom. 8. - -	25.	Conventus S. Menſtrui bona opera.

Auguſtus.

	1.	Nullus Conventus propter proceſs. Catecheticam.
Dom. 9 - -	8.	Conventus Exhortatio.
Dom. 10. - -	15.	Conventus Exhortatio. Sacrū in odeo comunio in templo propter feſtum Aſsumptae
Dom. 11. - -	22.	Conventus Exhortatio.
Dom. 12. - -		
Dom. 13. - -	29	Conventus ultimus Exhortatio S. Menſtrui.

October. 1762.

Præſide P. Antonio Barth.

October.

24. Dom. 20 poſt Pent.

180

Nullus pro more conventus propter dedicationem noſtri templi.

31. Dom. 22. poſt pent.

Primus hoc anno Scholaſtico conventus, in quo recitatum officium defunctorum. Invitatorium, et antiph. recitabantur a ſolo præſide. lectiones dividuntur antea in conſilio ita, ut Præſes ultimam, Præfectus octavam, aſſiſtens primus ſeptimam recitet. orationem deniq[ue] cum verſiculis iterum ſubiungit præſes in ſuo loco ſtans.

Habita item Electio novi Magiſtratus, quo plane non differenda cenſetur; nam DD. Logici alias nec minorem, nec majorem frequentant congregationem. Indicta porro bona opera; diſtributio S. Menſtruorum, et Promulgatio novi Magiſtratus. Indicta pariter Confeſſio pro feſto S. Stanislai et coñunio in templo obeunda, S: Synaxi diſtribuente Præſide.

November
1762

7. Domin. 23 poſt pentec.

Conventus Ordinarius, in quo data bona opera, diſtributi S. Menſtrui, et promulgatus novus Magiſtratus, quem excepit hymnus Ambros.

DD. Logici, poſtquam Illuſtr. D. Præfectus et reliqui officiales Præſidi gratias egiſſent, ad Congregationem majorem admiſſi. Indicta item Confeſſio libera /: propter iminens feſtum D. Catharinæ, ubi a gymnaſio præſcribitur :/ aliàs præſcripta pro feſto Præſentatæ Virginis.

November. 1762

14. Dom. 24. poſt pentec. Conventus ordinarius et Exhortatio. indicta quæ obſervanda ſequenti feſto propter confeſſionem hoc anno liberam, de qua ſupra. Sub finem renovata formula S. Staniſlai.

21. Dom. 24. [illegible] &ult. Pentecoſt. feſtum B. V. Præſentatæ. Hora 7. Miſſam Solemnem dixit Præſes, quia Patres in collegio aut miſſionibus, aut valetudine impediti erant, quo minus invitari poſſent: et poſt Cōmunionem S. Synaxin diſtribuit copioſis Sodalibus. particulas reſiduas ipſe ſumpſit, et chyrothecam purificavit. durante cōmunione cōmuñan Præſes cantilenam juſſit: Adoro te devote &c. quod præ modulis aliis excitare in audientium animis devotionem videatur. Hora 1.ma Conventus ordinarius in qua exhortatio p brevis de præſtantia legum Sodalitatis, item aliquæ ex illis explicatæ, reliquæ lectæ. indicta bona opera et diſtr.^{io} SS. Menſtruorum

N.^{B} Hac hebdomade renovata penitus eſt bibliotheca Sodalitatis, libri, qui magno numero detriti et laceri erant, refecti, ſingulis inſcriptus Titulus in tergo, et conſcriptus accurate catalogus a bibliothecariis, quibus ea demandabatur cura, dirigente tamen præſide, ne viderentur habere titulum ſine re. Diſtributi item libri utiles ad Profectū tum in Literis, tum vero maxime in Scientia Sanctorum. aptiſſimos autem pro claſſibus ſingulis ſelegit Præſes notatis accurate eorum nominibus, qui et quos libros accepere. aliqui etiam libri ad bibliothecam Congregationis a piis quibusdam Sodalibus donati circiter pro 3 f. Scholaſtici libri fere pauperibus tantum conceſſi.

November. 1762

Mane rogatus P. Præſes Cong. maioris ut ſuos Sodales de feſto Titulari cōmoneat, et invitet.

28. Dom. I. adv.

Conventus ordinarius, data bona opera et diſtributi SS. Menſtrui, ubi antea monendi ſunt, ne lytanias nimis deproperent, vel omnino finita diſtributione SS. Menſtruorum ceſſent, ſed integras faciant, dum interea Præſes cum profecto ad altare flectit, donec abſolverint. Habitum heri primum Tyrocinium poſt Lytanias in templo decantatas.

December. 1762

December.

Mane miſſæ ſchedæ denunciatoriæ ad parochias pro feſto Titul.

5. Dom. II. adv.

Conventus et exhortatio. promulgata Confeſſio annua perendie a ſingulis peragenda, et ea omnia, quæ proximo feſto Titulari a Sodalibus obſervanda ſunt. videantur Schedæ denunciat. Nº. 6.

6. feſto S. Nicol.

Tyrocinium ſecundum habitum ab h. 10. uſq; ad 11. quia ad menſam ſecunda acceſſimus omnes Profeſſores humaniorum.

7. Decemb. pridie feſti Tit.

Ornatum, quoad fieri potuit, ſplendidiſſime odeum Marianum. Paupertati noſtræ R. P. Præſidis Congregationis majoris inſignis benevolentia ſubvenit, qui rogatus ilico periſtromata damaſcena conceſſit ad latus altaris utrinq; et uſq; ad ianuā tegendū, item candelabra pendula, et vitreum e Tolo ſuſpenſum.

Rogati aliqui ex RR. PP.bus ut confeſſiones annuas exciperent illo mane, et a prandio ſub- et poſt lytanias non gravarentur, quod diligenter, libenterq; præſtitere officiū caritatis. Reliqua hoc die curanda invenies exacte ad diē 7 dec. 1758

December
1762
8. Dec. festum
Tituli Congr.

Tertio quadrante ad 6tam datum Campana maxima signum, et hora 6. initium conprecationi 10 horarum. Unde moniti omnes ex Consilio Mariano paulo ante 6.ta in Sacristia comparuere; ibi instructi ardentibus cereis Sacerdotem ad aram comitati sunt; Sacrum dixit, et SS. Sacramentū in ara summa exposuit ipse Præses, Consilio Mariano Numen Eucharisticum usq; ad h. 7. adorante.

Hora 7.ma Sacrum fecit in odeo Mariano, et Sodalibus S. Synaxin, accinentibus continuo Musicis, distribuit R. P. Ant. Gramer Collegij Minister; alterum Sacrū dixit R. P. Clemens Lombé, qui etiam Venerabile, finito Sacro, ad templum consueto more deportavit comitantibus Consilio Mariano, et illustribus. Tum oratoriū utriusq; sexus hospitibus, magna copia affluentibus usq; ad Meridiem patuit.

Hora 9.na ad Officium /: ad quod cantandum speciatim invitatus est R. P. Aloysius Perger Procurator ruralis, et Congregationis nostræ olim Præfectus :/ venere Sodales omnes praeeunte Genio, ductoribus, Crucifero, et Acolythis; Consilio Mariano bacillis instructo, Præside, eiusq; Socio palliatis agmen claudentibus. Quod idem observatū est in reditu ad gymnasiū, itemq; a Prandio, ante Vesperas, et post ultimā Benedictionem. Quæ publica, et in omnibus, quod scio, Congregationibus consueta devotionis Marianæ exempla a R. P. antecessore meo, nescio quem in finem, abolita, hoc rursum anno resuscitanda esse putavimus, forsitan non sine fructu et ædificatione.

December 3. 1762

182

Hora 1. Promiſſa per Semihoram muſica Conventui ordinario datum initium. finitis precibus exhortationem utilem, ſed ſatis prolixam ad frequentem auditorem, inter quos multi ex urbe /: excluſis tamen fœminis:/ et ex Collegio comparuere, habuit R. P. Xaverius Anderl Miſſionarius Caſtellanus. Hac finita pro more præſtabatur Homagium B. V. ex conſueta formula, quo poſtmodum, dum Sodales ſuos cereos offerrent in atrio decantabatur. ad extremum cantatus Hymnus Ambroſianus. Hora 3. veſpere ut ſupra indicatum.

Finitis veſperis, Lytaniis et comprecatione ~~[illegible]~~ clauſum Odeum eſt, et ſuppellex pretioſior in Præſidis cubiculum denuo reportatus.

Per octavam /: de quo Sodales per Schedam moniti:/ patuit ~~Col~~ Odeum ſingulis diebus a med. 10. usq ad quadrantem poſt 10. et ab hoc 1. usq ad med. 2. item ab hora 4ta uſq ad med 5.tæ quibus temporibus a-numeroſum quotidie ex Sodalibus cultorem Mater amabilis habuit; cum ipſi adeo, finitis Scholis, profeſſores cum ſuis diſcipulis aſcenderint.

Sabbato poſt feſtum Immaculatæ invitati Sodales per Schedam in Scholis promulgatam, ad recitandum in Odeo /: poſt Lytanias in templo decantari ſolitas:/ Officium maius B. V. M. ad quem devotionis actum tribus quatuorve duntaxat deſideratis, cæteri Sodales et tyrones omnes comparuere.

12. Dec. Dom. III advent.

Nullus hodie Conventus habitus ob feſtum præcedens.

December 1762

15. Dies octava Imac. Concept. Hodie denuo moniti per Schedam in Rhetorica, Poësi et Syntaxi majori promulgatam, et invitati totus Magiſtratus Marianus, item officiales etiam minores, et Rhetores omnes /: ceteros enim a Schola impedire Præſes non expedire putabat: / ut Sacro intereſſent, quod pro impetrando Congregationis incremento, et Sodalium fervore ç media 10 dici in odeo Præſes curavit: quo finito Præfecto præeunte omnes homagium denuo ex Mariana formula inſtaurarunt, cum magno, ut videbatur, fervore et devotione. a Prandio med. 5. clauſũ odeũ, et altero die ornatus omnis remotus.

18. Sabbat. Tyrocinium tertium habitum a tertio quadrante ad 10. per horam.

19. Dom. 4. adv. Conventus in quo exhortatio, lectumque monitum valde prolixum poetis quibusdam, et nominatim L. B. de Zollern. videantur Schedæ Num. 9.

20. Vigil S. Thom. Tyrocinium 4.tum poſt Lytanias.

24. Vigil. Nativ. Tyrocinium 5.tum poſt veſperas.

30. feria V. Tyrocinium 6.tum ab hora 1. ad 2.da

Annus 1763. Januarius

1763

2. Januarij Dom. poſt Octav. Nativitatis. Conventus ordinarius, in quo diſtributi SS. Menſtrui; et data bona opera, item promulgata nomina defunctorũ e Straubingana congregatione sodalium; pro quibus ad finem conventus conſueta ſuffragia /: Pſalm 50, et de profundis :/ perſolvimus.

Decemb. 1763

5. Jan. pridie Epiphan.

Tyrocinium 7.^{mum} poſt Lytanias.
Excuſſa pariter et in meliorem ordinem redacta Sacra ſuppellex: Cumqꝫ pleraqꝫ ſitu ſqualida, uſuve detrita, lacera ac corrupta reperirentur, variis opificibus ad reparandum tradita.

9. Januarii Dom. I. poſt Epiph.

Conventus ordinarius & exhortatio. Lecta poetis tribus, et binis rhetoribus poenitentia, qui in ſeram uſqꝫ noctem cum ancillis domeſticis /: non optimæ alias famæ puellis :/ ſaltarunt non ſine totius viciniæ offenſione &c. vide Schedas denunciator: N.º 11. Indicta porro pro defunctis exteris ſuffragia, et finito conventu etiam perſoluta.

14. Jan.

Tyrocinium 8.^{vum} hora ante Scholam pomeridianam.

16. Jan. Dom. II. poſt Epiph.

Conventus ordinarius & exhortatio. indicta ſuffragia &c.
Tyrocinium nullum ob exercitiū Scholaſticū rhetorū.

23. Januar.

Conventus ordinarius, et exhortatio. indicta Cōmunio proſcripta in odeo Mariano 2.da Febr. feſto nimirum purificationis B. V. M.

28. Januar.

Tyrocinium 9^{num} a med 1.ma ante Scholam.

29. Jan.

Tyrocinium 10.^{mū} poſt Lytanias per horam.

Februarius.

1. Febr.

Tyrocinium 11.^{mū} poſt Lytanias per horam.

2. Feſt. Purif. B. V. M.

Hora 7. Sacrū cū Muſica in odeo dixit Profes et S. Synaxin diſtribuit.

5. Febr.

Tyrocinium 12.^{ū} poſt Lytanias per horam.

6. Febr. Domin. Sexageſimæ.

Conventus ordinarius. Diſtributi SS. Menſtrui, data bona opera, et Lecta poenitentia 1. D. L. B. de Zollern. 2. Sacriſtanis. 3. illis omnibus, qui ante conventū in atrio Silentium enormiter violarent. vide Schedas denunc. N.º 14.

Februarius
1763.

112. febr. Tyrocinium 13.tium

12. febr. Promulgata in Scholis Scheda pro hora comprecationis. vide Schedas denunciatorias N.º 13.
Tyrocinium 14.tum Poſt lytanias per horam.

14. febr. feria II. poſt Domin Quinquages. Hora 2.da proceſſimus conſueto ordine a gymnaſio ad Templum et horam comprecationis, ſed ſine genio, quod vitio pulſatoris factum, qui claves Congregationis non reſtituit debito tempore. Muſicam adornarunt Seminariſtæ ſodales, ad quam tamen non tenentur.

16. Die Cinerum. Tyrocinium 15.t a prandio hora ante Scholas.

17. februar. Tyrocinium 16. poſt Scholas uſq; ad 3. quadr. ad 4.

18. februar. Media 10. convocatum concilium Marianum extra ordinem, in quo actum 1. De perill. D. comite de Zollern, qui conventus Marianos fere nunquam adhuc frequentavit, mores exhibuit ubiq; in locis etiam publicis petulantes, et honeſto iuvene indignos, Præſidem mendaciis decepit, a rebus divinis fere continuo ſive in templo ſive aula habitis abſuit et adoleſcens nullius frugi, et Sodalis Mariani nomine indignus. 2. De Tyronibus ſuſceptionem flagitantibus. 3. De aliquo Conſultorum, qui, quæ acta ſunt in Conſilio, divulgare eſt auſus. Circa hæc puncta petebatur a Præſide, ut ſinguli ſua ſententia ſcriberent,

et Schedam afferret a prandio. Tum habita instructio pro tyronibus sive Tyrocinium 17.mum

Tyrocinium 18 & ultimum a prandio hora ante Scholam. Moniti porro hodie aliqui ex RR. PP. ut Confessiones Generales Tyronum excipere cras mane dignarentur.

19. Sabbat.

Hodie mane h. 8. congregati Tyrones in odeo Mariano, ubi obductis antea fenestris ad tenue lampadis intermicantis lumen, ut Imago crucifixi a latere Præsidis posita, et Matris immaculatæ in ara prostans videri posset, ad Confessionem generalem peragendam præparati sunt præmissa meditatione, tum instructione, denique intenso actu contritionis, subiuncta brevi adhortatione, ut rite ac perfecte confiteantur, et veluti aquam effundant cor, nec puerili post peccatum pudori cedant etc. Dimissi denique hora 9.na compuncti ad templum, et in silentio: Monitique aliqui RR. PP. qui illico S. Tribunalia occuparunt.

Admissi ad hunc actum etiam Rhetores, sed sedere iubebantur separati in scamnis ultimis.

20. Domin. I. Quadragesimæ
Suscepti Tyrones.

Coventus ordinarius, in quo suscepti tyrones hoc modo: 1. Jussi expectare in atrio et Scala: dein finitis precibus admissi. 2. Oratorum alter brevem dixit pro more oratiunculam. 3. cui Præfectus ex consueta formula respondit. 4. facto homagium prodeunte perill. D. B. de Liechtenstern, et oblationes. 5. Te Deum etc.

Februarius 1763.

Inter tubas et tympana decantatum, cui ſubiunxit Præfectus, cum Præſide in medio ~~[illegible]~~ ſtans, oratiunculam.

6. oratorum alter, brevi rurſu periodo gratias Præſidi, Præfecto, et univerſo Magiſtratui ſuſceptorum nomine habuit. Inſonuere denuo tuba et tympana.

7. Preces poſt conventū ordinarium, et ſuffragia pro defunctis ~~et~~ ex aliis congregationibus, quorū nomina promulgavit Secretarius. finitis omnibus Præſes cum Conſilio expectavit in atrio, dū Neoſuſcepti egreſſi ſunt, quorū nomine /: pro eo ac inſtructi fuere in tyrocinio ultimo :/ D. Baro et quidam alii grates pro facta ſuſceptionis gratia Præſidi, Præfecto, et Magiſtratui dixere. Præſes denuo omnes præſente Magiſtratu brevi oratiuncula adhortatus eſt ad fervorem, alacritatem, et conſtantiam in Servitio Mariano: ad æſtimationem Sodalitatis, ad accuratiſſimam legum omnium obſervationem, et ad Servanda denique ea potiſſimum propoſita, quæ Tyrociniorū tempore, præeunte præſide, feciſſent, tum ea, quæ in formula Mariana continentur.

27. Dominica II. Quadr. Conventus ordinarius, in quo exhortationis loco enarrata Sacra hiſtoria de illo adoleſcente, qui cum flagitium abominabile eſſet perpetraturus, S. Angeli cuſtodis iuſſu a dæmone ſtrangulatus eſt. Ex P. Iul. Receputo inſtr. de bona morte. Ante Exhortationem ſuſceptus Tyro Fran. Ant. de Schatte morbo nuper impeditus.

Martius.

6. Dom. III. Quadr. Conventus ordinarius. diſtributi SS. Menſtrui et data bona opera. Invitati Sodales ad Promulgationem Congr. Maioris.

Martius. 1753.

7. Die Lunæ.

Hodie ex gratia Teſtimonia ſcripſit Profeſs Syntaxeos maioris diſcipulo, qui ob mores perverſos tolerari porro inter Sodales haud potuit; excludendus publice, niſi ipſe confeſſus eſſet ſincere, et res non fuiſſet adhuc quodamodo occulta. Nomen addo, ne ſequenti forſitan anno ſuſceptionem denuo impetret: Antonius Määdl. Huius exemplum ſecutus pariter Teſtimonia petiit Pron. Steph. de Jung Synt. min. adoleſcens moribus nondum quidem aperte malis, iis tamen, ut diſceſſum illius nec Profeſs: ne Congregatio, nec Schola admodum ægre tulerit.

13. Dom. Lætare. Promulgatio Congreg. Major.

Nullus pro more conventus.

18. Die Veneris

Moniti Sodales omnes per Schedam longiorem in Scholis promulgatam, et a Profeſſoribus, ubi opus eſſe videbatur, explicatam, de im̄inenti Recollectione. vide Schedas denunciat. N.º 19. ad 10. Mart. 1767.

20. Domin. Judica. Sacra per Triduum Recollectio ad quam Soli Sodales admiſſi ne ſpatii anguſtiis obeſſent devotioni.

Nullus Conventus ordinarius, ſed huius loco veſpri med. V. /: finita ſcilicet in templo re divina :/ omnes, et Soli Sodales convenere in odeo, ubi audita brevi Lectione ex pio quodam libro /: quod pium Lectoris officium in ſe ſuſcipere M. Poeſeos toto triduo voluit: / per horam, ad tenuem duntaxat lampadis coram doloroſæ Matris imagine micantis lucem, erectoq; ad latus Pegmatis crucifixo, pro ſequenti triduo ſunt præparati. P. Præfectus Gymnaſij id nobis pro maiori quiete conceſſit, ut Sacrum pro ceteris ſtudioſis hoc triduo non in aula, ſed in templo diceretur. Conſtituit etiam aliquem, qui interea Pulſatoris minoris officio fungeretur. Periſtromata cerulea pro tegendo Pegmate Congregatio maior, pro parietib; odei vero, fuſca, licet debita, attamen ſatis ad augendas tenebras apta, Templum conceſſit. Deo gratias!

Martius 1763. Series exercitationum erat iſta: Hora 7. matutina convenere Sodales; lectioni Sacro Suño ſilentio auſcultantes. Med. 8. orator Conſcendit pegma et pauca præfatus capit Præparationem Materiæ pro Meditatione. Tum *Meditatio* per horam, in qua *de exercitio memoriæ intellectus*, et *voluntatis* diſtincte ſemper moniti ſunt, ut paulatim aliquid de arte Meditandi diſcerent. Poſtea brevis *reflexio* de fructu meditationis, quam ſequebatur Lectio Capitis ex Thom. Kemp. hac durante Sacras veſtes Sacerdos induit /: R. D. Peyr Sem. S. Jos. Proff: / Tum *Sacrum* ſub quo preces vocales peractæ piis tamen ad decades ſingulis ſuſpiriis diſtinctæ. Finito Sacro *Conſideratio* per Semihoram circiter. Deniq *examen*.

à Prandio. Tertio quadrante ad 2da denuo convenere omnes, et lectioni Sacro auſcultarunt. *hora 2da* orator Conſcendit Pegma, et poſt brevem præfatiunculam habita *Diſſertatio* per tres circiter horæ quadrantes. hanc excepit pius Cantus præcinentibus binis muſicis, ceteris deinde Sodalibus omnibus Chorum repetentibus. hunc excepit *Inſtructio*, tum rurſum preces vocales ſed breves, poſt quas præparati ad *meditationem* alteram animi, et ſecuta *Meditatio* per horam. hanc *Reflexio*, reflexionem brevis *clauſula* et adhortatio cum anacephalæoſi totius diei excepit. Deniq Chriſti crucifixi Sanctiſſima vulnera ſinguli pio oſculo /: ut die Paraſceves ſolemus. / venerati diſceſſimus.

Die altera diſtributæ ſunt ſingulis Methodus vitæ Quotidianæ P.ü Neumayr foliis maioribus impreſſa. *die tertia* Imagines B. V. M. ſine labe conceptæ, quarum ſingulis aliam atque aliam piam ſententiam aut dictum aliquod ad reformationem morum pertinens orator ſubſcripſit *pro* habitæ recollectionis *Memoria*.

Hac die exercitationibus ceteris acceſſit veſperi adhortatio de reformatione totius vitæ. item preces pro indulgentiis lucrandis, et tandem Hymnus Ambros.

O· A· D· G· V· H· E· G·

24. Die Iovis prid. feſt. añunc.

Hac dies parandis excipiendisq. Sodalium Confeſſionibus conſecrata, quorum plurimi generaliter confeſſi ſunt. Ornatum interea ſplendidiſſime Odeum, fere ut feſto Tituli, et per tapetiarium affixi tapetes, quos nuper admodum Illuſtr. D.na de Plumenthal Congregationi noſtræ donavit.

25. Die Vener. feſto Annunciat.

Hora 7.ma Sacrum ſine muſica /: Muſicis in odeo Congregationis maioris occupatis :/ Praeſes dixit, et S.a Sodalibus Synaxin diſtribuit: hoc finito alteri Sacro plerique in Congregatione maiore interfuere. Muſicis liberū tempus relictum eſt et locus, quo cōmode poſſent illa die S. Cōmunionē ſuſcipere. Aditus ad odeum noſtrum patuit etiam fœminis toto tempore matutino. A prandio ornatus non fuit remotus, ſed

26. Sabb. feſt. Matris doloroſæ.

Excluſum ex oratorio lumen obductis valvis, et ~~hora~~ media 10.ma ſub Sacro, quod R. P. Praefectus templi ad id invitatus, dixit, decantatus Planctus Marianus devote, et ſatis eleganter. Adfuere invitati ex Collegio R. P. Rector et plerique ex RR. PP.bus Magiſtri omnes cum ſuis diſcipulis, qui tamen prius moniti ſunt, ut Silentium exactiſſime iã in ſcalis ſervarent, et in odeo quieti flecterent, quod et facile impetratum. A prandio ornatus omnis remotus.

27. Dom. Palm.

Nullus pro more conventus.

28. fer. II. hebd. M.

Promulgata in Scholis Scheda, qua moniti ſunt ſodales de agmine ſupplici Sabbatho Sancto a Cogregatione noſtra educendo, unde nonniſi pauciſſimis, et gravi de cauſſa data facultas eſt a Præſide ante Sabbathū Sanctū et illā proceſſionē domū aut alio migrandi. vide Sched. denuo. N.ro 20. & 21.

Martius. 1763.

April.

2. Sabbat. Sancto. Hora 2.da favente cælo, more aliorum annorum ~~agm~~ agmen Supplex congregatio noſtra Sola eduxit ad ~~cent~~ cenotaphia Domini præeunte Genio, ~~et~~ crucifero, et ductoribus pullatis. Scholarum Claſſes labaris ex congregatione maiori mutuis diſtinximus. Utriusque Syntaxeos diſcipulos ſecuti ſunt maxima cum omnium ædificatione uterque R. Magiſter. Poſt Rhetoricam a quatuor pullatis Rhetoribus portabatur ferculum Matris doloroſæ. Sequebantur illico Muſici cum tribus tubicinibus Planctum Marianum ita decantantes, ut poſt ſingulas ſtrophas quieſcerent, donec præeunte Præſide et Magiſtris decadem roſarii Sodales precando abſolverint. Muſicos ſequebatur Conſilium cum baculis. In ipſis templis Cantata a tota Sodalitate Stropha ex Lytaniis, quæ in diſtributione SS. Menſtruorum decantari in odeo ſolent; tum recitatæ preces pro lucrandis indulgentiis alta voce; quibus denuo ſtrophan ex Lytaniis ſubiunximus, et eodem quo ingreſſi, ordine diſceſſimus. Redivimus h. 4. Tubicinibus ſingulis dati 15 X. Agmen hoc Supplex a devotione magnopere ſe commendavit, eo potiſſimum ex capite quod omne pœnitentiæ publicæ genus abeſſe voluerimus, cuius loco Sodales erectis manibus, modeſtoque habitu orantes, ut iuſſi fuere, inceſſerant.

3. feſto reſurr. Nullus conventus.

10. Dom. in Alb. Conventus ordinarius. Præmiſſa monita de fructu recol~~le~~lectionis conſervando. Tum data bona opera, et diſtributi SS. Menſtrui. Indicta ante Conventum Electio novi Magiſtratus mariani cum quibusdam notis et clauſulis, quas vide in Sched. denuntiat. N.ro 22. & 23.

Aprilis. 1763.

17. Dom. II. poſt. paſcha.

Conventus ordinarius, et Electio novi Magiſtratus Mariani cui promiſſa brevis exhortatio de huius electionis negotio. Propoſiti ſunt in medio Thomas Hagerer. a dextris Mich. Roman. a ſiniſtris Mich. Kalmünzer Rhetores.

24. Dom. III. feſt. S. Georg.

Nullus conventus ob feſtum titali in templo noſtro.

Majus. 1763.

1. Dom. IV.

Conventus ordinarius. Exhortatio. indicta promulgatio novi Magiſtratus pro ſequenti dominica.

8. Dom. V. Promulgatio cum Dramate.

Hora prima tempore ſcilicet conventus exhibitum prima vice Drama Marianum, et promiſſa promulgatio Magiſtratus. Conſtituimus drama noſtrum ſequenti mox die vice altera exhibere, ſed R. P. Rectoris iuſſu /: qui perendie Ratiſbonam profectus eſt :/ in diem usqꝫ Iovis, ſeu feſtum aſcenſionis Domini, dilata eſt exhibitio, cui præſens eſſe R. P. Rector voluit. 10. Maij deniqꝫ tertium in ſcenam prodivimus iubente id pariter R. P. Rectore, et oleum cum candelis pro hac ultima exhibitione gratis ſuppeditante.

5. Dom. VI. Prid. feſt. S. Joann. Nep.

Conventus ordinarius. Exhortatio de æſtimatione legum Marianarum, et de reformatione Sodalium. pro craſtino feſto Stren. D. Conſul /: Zieglmayr :/ petiit a Præſide mutuos arcus recens pro theatro Mariano pictos; pollicitus, liberale munus ſe oblaturum Congregationi pro hoc obſequio. Sed res intra minas ſtetit, et ~~post~~ vix arcus deniqꝫ ut redderet, extorſi; eosdemqꝫ magna parte deſtructos recepi, et nihil præterea. Plane indignum indico hunc virum, cui e ſuppellectili ſua deinceps quidquam Congregatio noſtra concedat. Indignior Ædituus in Parochia qui 4 florum faſciculos nondum reddidit cauſſatus ſe illis etiamnum indigere,

Majus. 1763

pro octava corporis Chriſti, etſi octava S. Joannis iam fit finita. crudum animal! -- hodie theatrum, quod binis

22. Sabb. interea Magiſtri uſui fuit. priſtinam in formam reſtitutum.

23. Dominica Pentecoſtes. Nullus pro more conventus.

29. Dom. SS. Trinitatis Conventus ordinarius. Exhortatio brevis. Lectæ aliquæ regulæ et explicatæ. data denique bona opera, et diſtributi SS. Menſtrui.

Junius.

1. Pridie feſt. Theophoriæ. Aren. D.ª viduæ Præfecti Poſtarum conceſſa Mariana Supellex elegantior pro ara erigenda, quam erexere Sacriſtani Congregationis. omnia illico cum ſumma gratiarum actione reddita, illæſa.

5. Dom. II. poſt Pentec. Conventus ordinarius. Exhortatio. Lecta pœnitentia quibusdam Rhetoribus, Poetis plerisque, et Syntaxiſtis minoribus. vide Schedas denunciat. N.º 28.

9. Pridie octav. Theoph. -- Denuo pro aliorum annorum more conceſſa Sacra Supellex pronob. ac grat. D. granarij aulici præfecto, qui poſtea florenum Congregationi obtulit. aram extruxere denuo Sacriſtani Congregationis.

12. Dom. III. poſt Pentecoſt. Nullus conventus ob proceſſionem Catecheticam.

13. Lun. Dealbatum odeum, et remotæ theatri antiqui reliquiæ, quæ ubique in parietibus, nullo ſane ornamento, relictæ fuerant. lotæ feneſtræ, et reliqua omnia purgata et in ordinem meliorem redacta per hanc hebdomadam.

19. Dom. IV. poſt pentecoſt. Conventus ordinarius et exhortatio. indicta comprecatio ad aram S. Aloyſij, itemque Sacra com̄unio pridie (: feſto nimirum ipſo :) in Odeo obeunda.

21. Junii Feſto S. Aloyſ. Hora 7. Sacrum in odeo, ſed ſine Muſica, cui ſe repetitis vicibus ~~[illegible]~~ totis viribus

Junius. 1763.

oppoſuit R. P. Inſpector, ut adeo excluſionem e Seminario interminaret illis, qui proſumerent inſtrumento quocunque muſico inſtructi Odeum noſtrum Marianum ſilicet Sodales: accedere. Sub S. Cōmunione tamen decantatus a binis accinente organo Rhythmus D. Thomæ. Conſultius forſitan eſſet Sacrum in aliū intra octavā diem differre, modo cōmunio nomine gymnaſij proſcripta in templo, haberetur in ordine. Sodales Tota die, a med. 5.ta matutina, Serie, niſi per concionem in aula habitam, non interrupta eo ordine ad aram S. Aloyſii comprecati ſunt, qui cuilibet per ſortem pridie obtigit, usque ad 6.tam veſpertinam, non ſine magna ædificatione.

Objecit R. P. Inſpector inſolitum quid eſſe quod in honore S. Aloyſii in odeo Mariano celebretur aut decantetur Sacrum, verum in his ipſis actis objectionem hanc falſam eſſe reperies v. g. ad ann. 1728. Præſide R. P. Alberto Hofreither, 1729. Præſ. P. Rorbacher. 1732. eodem. 1734 Præſ. P. Ant. Jäger. 1751. Præſ. P. Xav. Weinzierl. 1754. P. Georg. Obernberger. 1756. Præſ. P. Andrea Schemer &c &c.

26. Dom. V. poſt pentecoſt.

Conventus Ordinarius, in quo ſecta pœnitentia quatuor poetis vide Schedas denunc. N.o 30. ad hanc diem. Item diſtributi SS. Menſtrui, et data bona opera. indicta pariter ~~A~~ ea, quæ ſequenti feſto Viſitat. B. V. M. erant obſervanda, et Progreſſio in montem Marianum. Hodie 4 ex Conſiliis, ſinguli florenum obtulerunt ad expenſas in novos conſultorum bacillos factas nonnihil levandas.

Julius.

2. feſto Viſitat. B. V. M.

Hodie mane ~~med~~ hora 7.ma habuimus Sacrum Solenne in Odeo. ad evitandas tricas vero juſſus eſt Præfectus muſices, Simon Engel Poeta, neminem muſicum ex Seminario, niſi ſolos Sodales ad muſicam adhibere, item ne Cheles quidem ex Seminario, ſed ab aliis ex urbe ſtudioſis Sodalibus mutuare, quod et ſine omni ſtrepitu factum. ~~Item~~ Sacrum dixit R. P. Ignat. Deuchmann.

Julius 1763. Hodie item Præſidem, a quo paulo poſt forſitan excludendus erat, prævenit Matthias Blazer Poeta, qui acceptis infimæ notæ teſtimoniis, Congregationem noſtram magno incommodo, et forſitan etiam periculo liberavit.

3. Dom. VI. poſt Pent. Nullus conventus ob feſtum præcedens.

6. Mercur. Moniti in Scholis Sodales per Schedam de Peregrinatione cras inſtituenda. vide Sched. denunc. N.º 37.

7. Jovis. Hodie peregrinationem inſtituit Congregatio noſtra in Montem marianum more aliorum annorum, eoque tempore et ordine, quo aliis annis proceſſum eſt. Singularia fuere hoc anno, quod per urbem in itu et reditu adhibiti ac conducti 45 crucigerorum pretio fuerunt tubicines tres. Conſilium novis bacillis inſtructum magno ornamento fuit. Ferculum, cui B.V. Imac.tæ Imago, cum 4 candelabris argenteis, impoſita eſt geſtarunt 4 Rhetores rubris palliis induti. Subiungo

Notanda pro peregrinatione in monte mar.

1. Monendi R. P. Rector. P. Inſpector. et P. Præſes Congregationis majoris, ne in eundem Diem utriusque peregrinatio forte incidat.

2. Monendi prius Æditui, et Solvendi — — —
æditui in monte — — — — 20 X
— — in Parochia — — — 10 X
— — ad SS. Trinit. — — — 6 X
— — in hoſpitali. — — — 6 X
— — ad B.V. Doloros. — — — 6 X
— — apud nos — — — — 12 X:

NB. ad quid Diaconi ? paratur pauperi cætui nro. 3. Conſtituendi 1. Diacon. et Subdiaconus, ſingulis dantur 30 X. 2. Tubicines per urbem, tres. ſingulis dantur 15 X. 3. Genius, duo ductores, Crucifer, Ceremoniarius, acolythi. 4. bajuli pro ferculo rubris palliis induti. 5. vigil ferculi in domo hoſpitis, qui debet Sacrum h. 5ta audire. 6. Aliquis, qui portet inſtrumenta muſica, eique dantur 10 X.

4. Petendæ a Cl.o Sacriſtano 5 togæ miniſtrantium.

5. Sex cerei /: a 1 ℔. ½ :/ donantur in monte: duo vero in candelabris acolythorum repetuntur.

6. Fulcra pro ſuſtentando ferculo petuntur a Congr: majore.

7. In gazophylacium mittuntur circiter 15 X.

8. Eleemoſyna diſtribuitur pauperibus pro ratione ærarij.

9. Muſicis Seminariſtis a prandio datur hauſtus circiter 10. vel 12. menſ.

10. Sacriſtanis datur ſingulis una cerev. menſura.

Officium cantavit R. P. Xav. Anderl. R. P. Præſes vero Congr. majoris Sacrum ſub illo dixit, ut vices noſtræ congregationi redderet.

Conventus ordinarius in quo lecta pœnitentia Prænob. Joanni Bapt. Graffenſtein, Prato juxta tenorem Schedæ denunciatoriæ N.ro 32. qui effrons juvenis publice in odeo conqueri, turpibus se verbis purgare, et pœnam recuſare ✗ verum tacere a Præſide juſſus, ſubire pœnam, aut illico odeo ac Sodalitate excedere, tandem acquievit. 10. Dom. VII. poſt pentec.

Julius. 1763

13. Merc. Hodie post Scholas pomeridianas ultimis Sacris munitus est Georgius Auer Poeta graviter decumbens. Quia Præses primum post Scholam monitus est, non oẽs Sodales comitati sunt V.mum quamvis tamen non pauci fuerint, scilicet per emissarios moniti. Ad eundem sæpius interea invisere tum Præses, tum Præfectus, et consultores, ut pia lectione ægrotantis animum reficerent, piisq; colloquiis.

17. Dom. VIII post Pent. Conventus ordinarius, Exhortatio. et omnium precibus com̃endatus ultimis nuper Sacris munitus Georg. Auer.

24. Dom. IX. post pentec. Conventus ordinarius, in quo distributi S. menstrui, et data bona opera, quia sequenti Dominica conventus haberi haud poterit ob festum S. P. Ignatij. Videatur Scheda denunciatoria N.o 34. ubi explicantur verba interdicti nuper lecti, quod quidam male interpretabantur.

31. Dom. X. festum S. P. Ignatii. Nullus, ex more aliorum annorum, Conventus.

Augustus

August.

7. Dom. XI post pent. Nullus pro ꝓ more conventus ob processionem in honorem S. P. N. eductam inter immanes pluvias.

August. 1763.

Conventus ordinarius, recitatumque pro conſuetudine officium majus B. V. M. Moniti bibliothecarij, ut libros diligenter a ſingulis Sodalibus exigant. ad finem conventus dictus Pſl. Miſerere cum de profundis pro D. Caſp. Ering hortulano hujate (:Patre Rdi P. Heindl:) defuncto benefactore congregationis, cui 5 fl. legavit. — 14. Dom. XII.

Mane h. 7. Sacrum in odeo ſine Muſica, ob patrocinium congr. maioris. — 15. Lunæ. feſtum aſſumpt.

Conventus ordinarius, et exhortatio. Data pia monita pro tempore vacationum &c. — 21. Dom. XIII.

Hodie tandem accepit Congregatio Sex Sellas varij coloris, quas Strenua D.na Kramerin iam menſe decembri paulo ante mortem congregationi in ſuo teſtamento legavit. Item tapetes varii generis obtulit grat. D. de Käpelli, quibus forſitan ornari totum odeum poſſet, ſunt enim inter illas aliquæ ſatis adhuc honeſta. — 24. Merc.

Conventus ordinarius penultimus: Exhortatio ~~[illegible]~~ et moniti ſodales de offerendis ~~[illegible]~~ piis propoſitis. hodie Strenuus D. ~~Ant~~ Strehl obtulit 2 florum faſces prælegantes 3 circiter flor. pretio æſtimatas. — 28. Dom. XIV.

Septemb.

Conventus ultimus. diſtributi SS. Menſtrui data bona opera, et pia propoſita oblata. Commendatique benefactores omnibus precibus. — 4. Dom. XV.

NB. Nomina eorum qui cum teſtimoniis abiere, videantur in Catalogo Sodalium ſub finem huius anni.

O. A. M. D. D. V.
M. H. E. G.

Novus annus Scholaſticus
Præſide P. Joan. Bapt. Hayd.

Octobris
23.
Dom. 22 poſt Pent.
Conventus ex more nullus ob Dedicationem Templi noſtri.

Dom. 23.
Electio.
Conventus ordinarius. Promulgati, qui cum Teſtimoniis abierunt. Recitatum officium pro omnibus e Sodalitate noſtra defunctis. Inſtituta Electio novi Magiſtratus Mariani: in medio propoſitus Georgius Weick, Rhetor, qui etiam pleraque Sodalium Suffragia tulit: ex parte Evangelii Nob. Georg. Speckner, ex parte Epiſtolæ Nob. Franc. Ant. Schenckl, Rhetores. Diſtributi extra ordinem et ſine bonis operibus S. Patr. Menſtrui.

Novemb.

5ta Nov.
Exequiæ.
Celebratæ cum Majori congregatione Exequiæ anniverſariæ, in quibus Noſtra Aras omnes, non tamen tumbam cereis inſtruxit. NB. tantum dantur 8. cerei.

Dom. 24.
Promulgatio.
Conventus ordinarius. Promulgatus novus Magiſtratus Marianus et dimiſſi ad Majorem Congregationem DD. Logici. Promulgationem excepit Hymnus Ambroſianus Tubas inter et tympana decantatus.

8va Nov.
Initium Tirocinii datum.

Dom. 25.
Feſt. S. Staniſl.
Hora ſeptima lectum inter concentus Muſicos Sacrum in odeo Mariano a R. P. Præfecto, et diſtributa Sacra Synaxis. A prandio Conventus ordinarius et Exhortatio. Interfuere prima vice Tirones.

15. Nov.
Habitum Tirocinium.

Dom. 26.
Conventus ordinarius, et Exhortatio.

21. Nov.
Feſt. Præſent.
Hora ſeptima Sacrum in Odeo Mariano legit R. P. Miſſionarius Caſtell. ſine Muſica. neque diſtributa Sacra Synaxis, quia confeſſio ob proximum S. Catharinæ ~~Feſtum non~~ fuit præſcripta.

26. Nov.
Habitum Tirocinium.

Dom. 1. Adv.
Conventus ordinarius. Diſtributi S. ~~Patroni~~ menſtrui et data inter decantatas Litanias bona opera.

29. Nov.
Tirocinium.

Decembris
Tirocinium.

2da.
Dom. 2. Adv.
Conventus ordinarius. Exhortatio præparatoria ad Feſtum Titul.

5ta Dec.
Tirocinium.

8va ejusd.
Feſt. Titul.
Celebratum ex more Feſtum Tituli. Adornatum ſcilicet, et illuſtratum ad pompam Odeum Marianum. Acta per noctem Vigiliæ. Hora 6ta expoſitum S. Sacramentum, et adſtantes inter

Cereos datum a Consilio Mariano decem horarum comprecationi initium. Hora septima primum in Oratorio Sacrum concentus inter Musicos dixit R. P. Minister, et sacram Synaxin distribuit. Subjunxit alterum ipse Praeses, et Sacrosanctam Eucharistiam comitante Magistratu ad aram Templi summam retulit. Hora 9na decantatum ab Officiatore Templi ordinario R. P. Fr. X. Anderl officium Solenne, ad quod ex ordine processimus. Idem ordo servatus in reditu. A prandio media prima Musica; hora 3a Conventus et Exhortatio, quam facundissimam habuit R. P. Fr. X. Mehrer, praesentibus cum ipso R. P. Rectore pluribus e Collegio hospitibus. Hanc decantatam a Musicis Formulam secuta est ejusdem Renovatio et oblatio. Finem imposuit Tubas inter et tympana Hymnus Ambrosianus. Hora tertia ad ultimam comprecationis horam Tirocinium ex Gymnasiis ascendimus, atque illa finita ad istud redivimus. Reportata subin pretiosiora in cubiculum Praesidis, et clausum odeum, quod ante et post prandium hospitibus non infrequentibus patuit. Patuit idem per octavam statis temporibus.

Tirocinium: 10. Dec.

Nullus ex more Conventus ob praecedens Festum Tituli. Habita per sequentem hebdomadem tria Tirocinia Dom. 3. Adv.

Die octava post Festum Titulare media decima Sacrum legit in odeo Mariano R. P. Praefectus Seminarii. 15. Dec.

Conventus ordinarius. Distributi S. Patroni Menstrui, et data bona opera. Suscepti item Tirones. Et decantatus Hymnus Ambrosianus. Dom. 4. Adv.

Nullus ex more conventus. Dom. Nativ. et Circumcis. Dni.

Conventus ordinarius. Exhortatio. Indici coepta Suffragia pro Defunctis ex confoederatis Sodalitatibus, et persolvi. Dom. 1. post Epiph.

Conv. ord. Exhort. 2da post Epiph.

Conventus ordinarius. Exhortatio. 3ia.

Conventus ordinarius: distributi S. Patroni Menstrui, et data bona opera. 4ta post Epiph.

Circiter septimam concentus inter Musicos Sacrum in Odeo, et distributa S. Synaxis. 2da Febr. Fest. B. V. Purif.

Conventus ordinarius. Exhortatio. Dom. 5ta post Epiph.

Conv. ord. Exhort. Dom. 6ta.

Conventus ordinarius, et recitatum Officium pro defunctis ex Confoederatis Sodalitatibus. Dom. Sept.

Conventus ordinarius: Distributi S. Patroni Menstrui, et data bona opera. Dom. Sexag.

Dom. Quin. Nullus ex more Conventus; ſed feria 2da proceſſu ex Gymnaſio ad templum, et coram Congregationis, Seminariſtis ſponte ſua Muſicam adornantibus.

Dom. 1a quadr. Conventus nullus ob Promulgationem Congregationis Majoris.

Dom. 2da. Conventus ordinarius. enarrata Sacra Hiſtoria.

3ia. Feſt. B.V. Annunc. Conv. Ord. Diſtributi S. Patroni Menſtrui, et data bona opera. Sacrum ad evitandas tricas nullum in Odeo noſtro; ſed hora ſeptima in aula Congregationis Majoris, quod legit invitatus Præſes Minoris, et Marianis Sodalibus S. Synaxin diſtribuit.

Dom. 4. Quadr. Conv. ord. S. Hiſtoria.

5ta. Conventus ordinarius. enarrata Sacra Hiſtoria.

13. Apr. Feſt. Mat. Dol. Media 10ma Sacrum in Odeo legit R. P. Miniſter: quo durante decantatus eſt Planctus Marianus. Interfuere cum R. P. Rectore complures ex Collegio Hoſpites.

Dom. 6. Palm. Nullus ex more Conventus.

21. Apr. Sabb. Sanct. Hora 2da Congregatio noſtra agmen ſupplex ad Cenotaphia Domini cum Majore eduxit.

Dom. Reſurr. Conventus ex more nullus.

Dom. 1a poſt Paſch. Conventus ordinarius. diſtributi S. Patroni Menſtrui, et data bona opera.

Dom. 2da. Conv. Ord. Exhort. Inſtituta item Electio novi Magiſtratus Mariani. Propoſiti in Medio Ioan. Bapt. Eckmayer; Ex part. Evang. Nob. Georg. Wilhelm. Speckner; ex part. Epiſt. Ioan. Thom. Mathes, Rhetores. Medium pleraque Suffragia tenuerunt.

Dom. 3ia Conv. Ord. Recitatum Officium pro defunctis Benefactoribus noſtræ Congregationis.

4ta. Promulgatio novi Magiſtratus Mariani, et pium Drama ter exhibitum.

Dom. 5ta. Conventus Ordinarius. Diſtributi S. Patroni Menſtrui, et data bona opera.

6ta. Conv. Ord. Exhort. de legibus Sodalium.

Dom. Pent. Nullus ex more Conventus.

Dom. Trin. Conv. ord. Exhort.

21. Jun. Fest. Theoph.

Pridie hujus Festi, et Octav. concessa iisdem, quibus ante annum, Supellex, et erecta ara per Sacristanos.

Fest. S. Aloysii.

Item infra Octavam S. Aloysii lectum in Odeo Mariano Sacrum, et distributae inter Scolas hora congregationis.

Dom. 2 post Pent.

Conv. Ord. Distributi S. Patroni Menstrui, et data bona opera.

3ia.

Conv. Ord. Exhort.

2da Jul. Fest. Visit. BV.

Hora septima inter concentus Musicos lectum in Odeo nostro Sacrum, et distributa S. Synaxis.

5ta ejusd.

Instituta cum Majore Congregatione Peregrinatio in Montem Marianum. Expensas fere omnes etiam Major tulit.

Dom. 4ta post Pent.

Conv. Ord. Exhort.

5ta.

Conventus Ordinarius. Exhortatio

Dom. 6ta. Fest. Scap.

Conventus Ordinarius. recitatum Officium B.mae Virginis.

7ma.

Conv. Ord. Distributi post brevem Exhortationem S. Patroni menstrui, et data bona opera.

Dom. 8va.

Conventus nullus ob Processionem Catecheticam.

9na.

Conv. Ord. Exhort.

15. Aug. Fest. B.V. Assumpt.

Celebratum hoc Festum eodem modo, quo Fest. Annunc. non in odeo, sed in aula Majoris Congregationis, et distributa S. Synaxis Sodalibus.

Dom. 10ma

Conv. Ord. Exhort.

11ma.

Conventus ordinarius. Distributi S. Patroni Menstrui, et data bona opera ac proposita.

8. Sept. Fest. Nativ. B.V.

Hodie a septima matutina usque ad primam pomeridianam patuit Odeum Marianum omnibus, qui Augustissimae Matri valedicere volebant. Qui cum Testimoniis abierunt, alio loco descripti sunt.

Annus novus Scholasticus
Praeside P. Felice Pürner.

Mensis October.

Propter Templi Nostri Dedicationem nullus pro more Conventus: 21.ma Octobr. 76.

28.va —

Primus Conventus, sub quo etiam data pro more /: quoniam ultima erat mensis Dominica :/ sunt bona opera, & distributi SS.i Menstrui: promulgati denique, qui aliunde cum Testimoniis advenere.

Annus 1764.
Mensis Novembris:
Dies 4.ta et 6.ta

Dom. 21.ma post Pentecosten, 1.ma Novembris Dominica, ejusdemque die 4.ta pro more recitatum Officium Defunctorum pro omnibus è Sodalitate Defunctis. Sequenti deinde Martis, seu 6.ta hujus in Templo nostro ad expensas Congregationis Majoris decantatum, ut vocant, Requiem, cui secundum antiquam consuetudinem Praeses commodavit 18. Cereos, sub officij finem denuo restitutos una cum argenteis candelabris, quae accommodavimus. Praeses Sacrum dixit sub officio ad aram lateralem.

11.ma dies S. Martini.

Dom. XXII. post Pentecosten Conventus, et Exhortatio. Indicta Electio novi Magistratus Mariani. NB. Melius fuisset, si jam in 1.o Conventu annunciata esset; Logici enim si excipere paucos, eos nempe, qui pientiores fuere; neque nostram, neque alteram, seu Civicam frequentarunt Congregationem. Sed quid consilij? ad hanc non admittuntur ante Decembrem. Nostram adire renuunt; quia putant, suavè ridentem sibi, ex gymnasio vix pedem extrahentibus, et proin pro more insolentioribus, libertatem imminutum iri, si ad officium adstringantur. Plus nempe dissimulandum hic videtur Praesidi, quam si Academici adforent. Supinam negligentiam Juventuti puto tribuendam. Et.

18. Nova

Dom. XXIII. post Pent. Conventus, in quo promulgatus novus Praefectus Justinus Scheurmann. Rhetor; in assistentes delecti Heumann, et Dietrich, iidem Rhetores; alij enim ex alijs scholis pro more eligi nequeunt, nec solent. Eadem suffragia tulere à reliquis Sodalibus, quae dedit Consilium. Demum annunciata Confessio libera, itemque Communio pro Festo Praesentationis libera ob Festum S. Catharinae in sequentem Dominicam incidens, et quod praedicto Festo S. Synaxis adeunda sit ex praescripto gymnasij.

21.ma Festo Praesentatae in Templo Virginis.

Festo Praesentationis B.mae V.is Sacrum pro more in Odeo, quod dixit ad id invitatus R. P. Minister Petrus Schmid. Numerati equidem 150. Sodales, sed tantum pridie Festi ciborio inserta 120. hostiae, quarum tamen plures remansere. Adfuerunt fere omnes ~~Casuistae~~ gymnasistae; abfuere vero quamplurimi Logici, Domini grandes. Ceterum distributa sacra Synaxis ante ~~sumptionem~~ ablutionem ab eodem R. P. Ministro. Quid post Missam, ratione deportandi in templum Ciborij, fuerit factum, indicabit proxime adnotandum Festum Tituli. Musicis

Annus 1764.

193

n. datus fuit haustus; sed in citatum Festum dilatus. — —

25. November. Festum S. Catharinæ.

Dom. ultima post Pentecosten nullus Conventus ob Declamationem Rhetorum jam hora 2da inchoantem ob Congregationem de bona Morte, quæ, cum hæc Dominica fuerit in hoc mense ultima, hora ~~2da~~ 3.tia jam incepit. NB. Tandem Syntaxistæ Minores; monito tacite per Rem. Præsidem eorum Magistro, ad Tyrocinium admitti petiere. Hinc die pervigilio, et ipso Festo S. Andreæ habitum Tyrocinium, semper per horam; alias per semihoram, aut 3. certe per quadrantes n. raro.

29.na, et 30.ma

Tyrocinia duo.

Mensis December.

2da Decembris.

Conventus, in quo data bona opera, et distributi Cli Menstrui, qui prius distribui n. poterant, eo quod de novo dudum constituti necdum advenerint citius. NB. antecessor paucissimos, nec pro 4.ta Sodalium parte suffecturos reliquit. Pridie hujus Dominicæ; et hac ipsa habita duo rursus Tyrocinia. Annunciata omnia pro Festo Tituli. Observanda quæ sunt tum quoad schedas in varia templa mittendas, tum quoad alia, complectitur scheda privata, quæ in theca asservatur, et annus 1758. Tyrocinia denuo habita 4.ta, et 6.ta hujus.

Tyrocinium 3.tia et 4.ta

Tyrocinium 5.ta et 6.ta

8.tava Decembris. Festum Tituli.

Mane ned. 6.ta Sacristanis data fuerunt, quæ in cubili Præsidis asservantur, geminæ statuæ argenteæ SSrum Aloysii, et Stanislai una cum 4. candelabris argenteis. NB. Inde dispicere est, n. opus esse, ut pridie Festi deferantur ad Congregationem, ac proinde Sacristani per totam noctem, ut aliis nonnunquam annis factitatum, vigilent; constat enim, eosdem fornacem ex lignis à Collegio furtim ablatis in scholam Rhetoricæ calefecisse, hausisse, ut calorem mitigarent, chartis lusisse, ut tempus fallerent, clamasse, et nescio quot excessus aut fecisse, aut facere potuisse. Et etm eo ex capite optime omissæ fuerunt hæ nocturnæ excubiæ, eo quod prope portam Gymnasii Miles ex hujate legione agat excubias, qui n. tam facile fures irrepere permittet in odeum. Certe ipsi Sacristani erant gavisi, superfluam hanc vigilandi consuetudinem à me fuisse abrogatam.

Ceterum hora 6.ta expositum in templo Venerabile Sacramentum, ad quod convenire solet integer Magistratus Marianus, cui ad initium horæ, per quam totam debet permanere, dantur

Annus 1764.
Menſe Decembri.

Feſtum Tituli.

Cerei ardentes, puta, Conſultoribus, n³ vero Officialibus, ut vocant, Minoribus, qui poſtea cerei mox finita benedictione extinguuntur, & à Sacriſtanis aſſervantur. Tum hora 7.ima in Odeo fit Muſica, ſub qua jam Sacrum legit Pater Ignatius Stahl, Profectus Gymnaſii, ~~ſub~~ poſt cujus finem SS. Synaxin diſtribuit, Miſſam interea alteram celebrante ipſo Praeſide; qui ea finita Ciborium, caſula indutus ſed ſuperpelliceo: in templum deportavit, duobus acolythis praeeuntibus, Conſilio vero, & aliquot Sodalibus comitantibus. Nulla data fuit Benedictio tum ob proſtans in hierotheca majore Venerabile Sacramentum, tum ob Sacerdotem in ipſo tunc Sacrificio detentum. Cerei denuo ~~nunc~~ dati, ſed nonniſi Conſultoribus, ad illud comitandum. Suo dein tempore evacuatum poſtea Ciborium, & ab aliquo intra hebdomadam purificatum, cujus cura incumbit Chmo Sacriſtano, ut à Praeſide monitus alium Patrem in Ara ſumma facientem de purificando Ciborio moneat, demum reſtituitur. NB. Monendi continuo Sacriſtani: ne cujuſquam rei obliviſcantur; primò ut vaſculum aliquod in medio Altaris collocent, in quo poſt diſtributam S. Synaxin ſacerdos purificare queat digitos, tum geminae pallae candidae, quarum una poſt ablutionem à primo Sacerdote ſumptam ſuperius imponi poſſit ciborio, & finito Sacro poſt datam eodem benedictionem inferius collocari, & ſuperimponi queat; una cum palliolo, vel togula, ut vocant, Ciborii à Sacriſtanis afferantur, quae omnia in cubili Praeſidis aſſervantur.

Finitis geminis in Odeo Sacris, quoniam illud per totam diem catenatim frequentant externi, conſtituti Rhetores, ſemper bini & bini, qui continuatim, & quilibet binarius eorum per ſemihoram hac die in Odeo vigilarunt. Hora dein una ad officium è Gymnaſio tota Sodalitas proceſſit, praeeuntibus 2. Ductoribus, Genio, Staurophoro, quem ex parte 3-

acolythi cinxere, ꝯsultores vero cum Scipionibus, totumq; agmen clausit Præses cum Magistro Socio; sic quoq; à meridie ad Vesperas itum, & ab iisdem eodem ordine, uti & ab officio pariformiter reditū. ꝯstituti autem Rhetores ad agendas vigilias; quia hi obire debent suam comprecationem hora commodissima, npē 9.na, qua cantari solet officium, cui alias, & per se omnes interesse debent Sodales. Tabella, qua præscribuntur singulis horæ ad comprecandum, adest privata, & in ~~Templo~~ P. Præsidis cubiculo asservatur; pridie vero Festi ad valvas Gymnasii appenditur, ut oēs statam inspicere valeant horam. Item pridie Festi monendi Musici; P. Inspector, & Præfectus Seminarii conveniantur, ut solenniorem ꝯparent Missam, Vesperas, & Lytanias &c. Dati hac occasione post finitum Festum Patri Inspectori 6. Cerei ex iis, qui à prandio in renovatione à Sodalibus fuere oblati; ꝯfecerunt fere sesqui Libram. Datūt iis hanc ceram ex eo titulo, quod Musicis sæpius uti soleat ꝯgregatio, & fides, seu chordæ nonnunquam dissilientes tam caro væneant pretio, quod tñ ꝯgregatio n. in se suscipit. Facile & ex hoc capite ꝯsensit Præses, & etiā ideo; quia Sacello Seminarii hanc ceram destinatam ajebat Inspector, in Divi Josephi, cui Sacellū ꝯsecratum, honores arsuram. Neq; videtur, hoc beneficium ægre à B.ma Virgine latum iri, cum Divi sponsi sui domui obvenerit.

A prandio hora 12.ma ꝯstitutus Præfectus Marianus, ut in cubili P.is Præsidis perlegeret schedam Promulgationis novi Magistratus. Media 1.ma incœpit in Odeo Musica quædam usq; ad horam 1.mā Conventui præludens. Convenere plurimi ex Collegio P.P. iis duntaxat emanentibus, qui horam Romanam accurate observant. Invitati iidem cum Magistris jam pridie, uti & ad excipiendas Sodalium ꝯfessiones annuas rogati, quibus aures præbuere jam in die pervigilio tum ante, tum post prandium. Quapropter moniti Magistri, ut Discipulis suis abitum è schola permitterent, qui ejus tempore ꝯfessionem deponere voluerunt. oportet autem id fieri; quia alias sesqui centenarius Sodalium, qui aderat, sinē ꝯputatis Syntaxistis minoribus, utpote adhuc Tyronibus;) difficillime aditum ad ꝯfessionem indipisceretur, præsertim cum etiā alii externi hoc Festo in numero haud parum exiguo advolant.

Annus 1764.

Mensis Decembris.

Festum Tituli.

194

Annus 1764.

Mensis December.

Festum Titulj.

Hora 1.ma Conventuj datum initium, ad quem dixit P.i Josephus Gasper Schäffer, Præses Congregationis Civicæ, & operarius. Finita Exhortatione Præfectus Marianus medium altaris accessit, recitavitque Formulam Marianam, cæteris ipsum præeuntem sequentibus. Postea dum omnes juxta ordinem Scholarum accederent altare, Marianam formulam offerentes, unus è Musicis Seminaristis Cantor eandem recinuit, Qua finita prælectus fuit publice novus Magistratus Marianus, tum decantatum ex Hymno Ambrosiano Te DEUM Laudamus. Hora 3.tia initium datum Vesperis in Templo, ad quod nos denuo, ut ante prandium ad Missam solennem contulimus eodem ordine, præcedentibus Ductoribus, genio, Staurophoro &c. Processio sub Lytanijs hic instituta nulla, quibus tamen finitis iterum priori descripto ordine reditum paravimus in Gymnasium, quod, ubi & Odeum tum claudebatur.

9.na.

Dominica 2.da Adventus nullus Conventus ob hesternum jam coactum. Patuit tamen hac die ubi & per totum octidum Odeum Marianum, erecto semper stante Altarj, solis reliquis statuis, & candelabris argenteis. Adiere illud plerumque Sodales ante initium Scholæ, & post finem una cum Magistris. Hodierna die Tyrones à prandio convocatj. Item 11.ma nempe die Martis, & 13.tia, die Jovis.

Tyrocinium 7.timum & octavum, & 9.num

16.ta

Conventus ordinarius, & Exhortatio. Explicata quædam de regulis tam Dominicis 2bus Festum titulare præcedentibus, quam illud subsequentibus.

20., & 21.ma Tyrocinia.

Institutum Tyrocinium decimum, & undecimum.

23.tia

Ultima Adventus Dominica data fuere bona opera, & distributj S.ti Menstruj. Indicta Confessio, & Comunio in Festa Nativitatis, & Circumcisionis Dominj à Legibus Marianis præscripta.

Tyrocinium.

A prandio post Vesperas habitum Tyrocinium 12.mum, & altera die, pervigilio nempe Nativitatis Dominj 13.tium.

24.ta, 27.tima, & 28.tava

Festo S. Joannis, & SSrum Innocentium, nimirum 27.tima, ac 28.tava Decembris denuo habita fuere Tyrocinia; nro 14.tum, & 15.tum.

30.ma, & 31.ma

Dominica infra Nativitatem, seu 30.ma Xbris Conventus, & Exhortatio.

Ultimo anni die à prandio Tyrocinium 16.tum.

Mensis Januarius. Annus Christj 1765.

3.tia Januarij.

5.ta

Tyrones ad tyrocinium convocatj die Jovis à prandio, itemque 5.ta hujus. Fuere hic tyrocinia nro 17.timum, & 18.tavum.

6.ta

8.tava, & 10.ma.

Dominica (Epiphaniæ Festo simul) Conventus, & Exhortatio. Octava, & 10.ma hujus, nempe diebus Martis, & Jovis tyrocinia 19.num, & 20.mum, in quibus ultimis data fuit Tyronibus Instructio ad bene peragendam totius vitæ exomologesin. In compendio iterum repetitæ res leges Marianæ. Vendita iisdem cera ad faciendas oblationes.

13.tia Januarij.

Ante prandium 13.tia hujus, sive Dominica, in quam incidit dies 8.va

Annus 1765.

Mensis Januarius.

Epiphaniæ Domini, hora nona in Templo ad Aram S. Ignatij faciente ipso Præside, omnes Tyrones in ordine accessere S. Synaxin. A prandio hora 1ma pro more Conventus, ad quem etiam aliqui Patrum è Collegio venere. Dixit unus orator fere per semi-horam orationem impetratoriam pro suscipiendis tyronibus. Hac proin finita omnis mos observatus, qui adnotatur in legibus ad Tyronum susceptionem. Quot, & Qui, & quid obtulerint, videre est in Catalogo Sodalium, & ratione accepti. Factis oblationibus omnes denuo in medio Odei, ubi per totum Conventum steterunt, collocabant se. Dixit dein alter orator per quadrantem orationem eucharisticam ad Præfectum, Præsidem, aliosque hospites, & Sodales præsentes. Dein decantatus à choro Musico solenniter Hymnus Ambrosianus. Dimisso Conventu in atrio extra Odeum oēs de novo suscepti manus dedere pro more in regulis præscripto Præfecto Mariano, & grates egere Præsidi &c.

20.ma

Conventus nullus; quia in hanc Dominicam incidit Festum S. Sebastiani, quo à toto Gymnasio supplicantium pium Studiosorum agmen deductum in primariam Urbis Parochiam, ubi tn Præses Marianus in Lytanijs decantatis egit Officiatorem, uti & die Martis insequente in Sacello S.ti Sebastiani extra portam Urbis. Commodati ad utramque Processionem à Congregatione duo Scipiones pro Ductoribus, itemque Crux una cum velo.

27.ma

Conventus ordinarius. Data bona opera, & distributi S.ti Menstrui. Indicta in diem Sabbati Sacra Confessio, & Communio, quam Sodales hora 7.ma in Odeo acceperunt. Cantata proin Missa, quam dixit R. P. Nebenhecq Missionarius Palatinus.

Mensis Februarius.

2da Februarij

Festum Purificationis B. Virginis Mariæ

Conventus Ordinarius, & Exhortatio, Dominica Septuagesima.

3.tia Februarij

Dominica in Sexagesima Conventus, & Exhortatio.

10.ma

17.ma

18.va

Dominica Quinquagesima. Conventus nullus pro more. Ejus tn loco die Lunæ sequenti hora 2da ad Templum processit tota Sodalitas per horam comprecatura. Processere duo Ductores, Genius, 2. Acolythi cum Stauropharo, tum Sodales ordine Scholarum, quas clausit Consilium Scipionibus instructum cum Præside, & Mgro Rudimentorum hujus Socio. Per eam horam Seminaristæ debuissent adornare Musicam; at isti homines, qui nunquam hactenus gratis Congregationi suam operam debuerunt præstare, adeo erant humani, ut nullus, nisi unicus, qui Societatis est Candidatus, ex Scholis superioribus comparere sit dignatus. Proin soli Gymnasistæ, & quidem ij tantum, qui sunt Sodales; demptis (: etm emanentibus :) Rudimentistis, & Grammatistis, adornarunt Musicam; & hi non omnes, licet antehac & moniti, & rogati. Alijs in Provinciæ Collegijs mos est hac hora Vesperas decantari, quarum loco utique potuissent Musicam intonare; at nonnisi unicam Oden, quam ipse Præses subministravit, decantatam excepit Symphonia, adeo, ut res tota vix mediam horam tenuerit. Placuit tanta urbanitas adeo P.i Præſidi, ut aliorum annorum memor, & diario in plures annos revoluto longe majorem hodierna die Seminariſtarum diligentiam obſervans, eandem hoc anno tam ſupina nullo prorſus modo compenſarit, etiam pœnitentia ductus, quod Patri Inſpectori pro Sacello Sancti Joſephi ſex ~~libras~~ cereos, seu ſupra ſeſqui libram ceræ Virginis dudum antehac donarit. Petiit hoc beneficij P. Inſpector perquam humaniter, dictitans, Congregationem etiam n.o raro utj opera Seminarij, & aliquid vel ſpes tribuendum, quia aliquot ſaltem in obſequio pro nobis præſtito fides, seu chordæ diffringerentur. Hoc motivo permotus Præſes, aliiſque haud paucis delinitus, humaniſſimis tandem petitis annuendum eſſe cenſuit. Ceterum finita hora comprecationis denuo reditum eodem ordine, quo templum intravimus, compulſatis ante, & poſt horam comprecaõis omnibus Templi campanis.

24.ta Februarij. Conventus ordinarius Dominica ultima Menſis Februarij, & prima Quadrageſimæ. Data bona opera, & SS.i Menſtruj diſtributj.

Menſis Martius.

3.tia Martij. Dominica Reminiſcere Conventus ordinarius, & narrata ſacra Hiſtoria.

10.ma ~~17.tima~~ Dominica Oculj Conventus ordinarius, & ſacra hiſtoria narrata. Indicta Confeſſio, & ſacra Communio in Feſta S. Joſephi, & B. V. M.æ ab Angelo Salutatæ.

17.tima Dominica Lætare Conventus nullus ob Promulgationem Congregationis DDnorum, & Civium, cui noſtra eſt confœderata.

~~24~~ 24.ta Dominica Judica, ſeu Paſſionis; quia ultima erat menſis, qua potuit congregarj Sodalitas, bona opera ante impoſita, & diſtributj à Præſide fuerunt SS.i Menſtruj.

25.ta Feſto annunciationis B. V. non fuit Ara erecta in odeo noſtro; at omnes Sodales in odeo Congregationis Civicæ, à qua invitatj fuerunt, Sacram Synaxin in ordine acceſſerunt hora 7.tima dicente Sacrum, ſub quo habebatur Muſica, ipſo Præſide, Patre Rhetore.

29.na Feſto 7.tem Dolorum B. V. M.æ in odeo noſtro obtenebrato, ſimulque pro more ardentibus cereis illuminato cantabatur media 10.ma Planctus Marianus, quem ipſe Præſes propinavit, authore D.no Schlecht. Sub Eo SS.i Miſſæ Sacrificium peregit R. P. Anderl. Convenere ad illum tantum Sodales, & aliquot Lyciſtæ, PP.es fere omnes una cum R. P. Rectore, aliiſque D.nj Sacerdotes, & Hoſpites externj.

31.ma Dominica Palmarum nullus pro more Conventus.

Menſis Aprilis.

6.ta Aprilis. Sabbato Sancto pro more hora 2.da pomeridiana Sodalitas ad κοινωτάφια Dnj pie ſupplicantes, aliquoſque pœnitentes eduxit. Ordo incedentium hic erat. Præceſſit Genius [illegible] contectus pullo Syrmate, in manu

Tenens antiquam cærulej coloris Crucem, itemque veterem Congregationis clypeum. Tunc sequebantur duo Ductores. Post quem incessere 2. acolythj: in medio eorum Staurophorus: postea pœnitentes, inter quorum mediam partem proferebatur labarum à Congregatione Civica mutuo acceptum: tum Syntaxistæ minores, majores, Poëtæ, Rhetores, prolatis denuo cujvis scholæ singulis labaris. Primæ partj pœnitentium, nempe statim post Staurophorum à 4 Poëtis grandioribus proferebatur primum ferculum, quod una cum columnis cærulej coloris suppeditavit P. Præses Congregationis majoris, seu Civicæ. In ejus medio visebatur imago B.mæ Matris Dolorosæ, quæ ad nostram spectabat Sodalitatem. Post scholas ivere Musicj Seminaristæ, etiam ij, quj & è classibus superioribus, & inferioribus /: licet nunquam Sodalibus nostris :/ convenerant, præiverunt una cum 3. tubicinibus ex Urbe tubas ductiles, sive Alto, Tenore, & Basso Trombono intonantibus. Postea secutus fuit genius alter meliore, & honoratiore adhuc veste indutus, pulloque simul tectus syrmate: ferebat in manu clypeum, novamque Crucem. Sequebatur postea ferculum alterum, itidem sex columnis cærulej coloris ornatum, & à Congregatione Civica suppeditatum. Videbatur erecta Ara pretioso nostro antependio ornata, in cujus superficie apparebat amœnissime Imago Congregationis nostræ, quam insecutj fuere Flagellatores scipionibus ad unum omnes instructj, sine palliolis tamen. Agmen claudebat Præses cum suo Socio Magistro Grammatices. Recitata in quovis templo 5. que Pater, & Ave adjuncta sub finem oratione: Respice quæsumus Dne &c. Per plateas vero cum incederemus, recitare oportuit singulos Rosarium ita, ut post quamlibet decadem finitam, iterum à Musicis cantaretur stropha ex Planctu Mariano: Stabat Mater &c. NB. Siquis Præses Congregationis Civicæ moveret difficultatem in rebus, quas petere solemus, concedendis, eadem, & longe major moverj posset à Congregatione nostra, utpote quæ vestes innumeræ puerorum, & personarum phalangj subministrare solet pro Processione in diem Parasceves, qua sodalitas Dominorum, ac Civium suos Clientes solet educere. NB. 2. Expensas fierj solitas videre est in ratione expensj ad hunc annum adnotatj. Fuissent eæ adhuc minores, sj nullum pœnitentium agmen comparuisset, quos inter utique paucissimj aderant sodales, è quibus nonnisj grandes, & valde robustj ingentes illas Cruces bajulando capaces sunt, quas, nescio, quj opifices /: commentarij duo erant, quorum opera ad Gymnasium fuerunt attractæ non sine una, nec levj molestia :/ subministrarunt, togas concedente Sacristano Congregationis Civicæ. Milites plerumque, rusticj, & complures alij ex ultima fæce homines bajulabant Cruces, trahebant catenas, etiam non curatis publicis ab Urbe statutis legibus, quæ hunc morem pene abolitum volunt, & præcipiunt. Consultius igitur foret, hanc pœnitentiam turmam ad aliam Thulen emittere;

Annus 1765.
Menſis Aprilis.

Ecquid enim Congregatio in peregrinorum hominum, nec Sodalium, nec Studioſorum emolumentum ferat detrimentum?

7.ima Aprilis. Dominica Paſchatis pro more nullus Conventus.

14.ta Dominica prima Poſt Paſcha. Conventus ordinarius, qua etiam facta fuit Electio novi Magiſtratus. E pluribus Conſultorum ſuffragiis medium tulit Sigiſmundus Criſpach, partem dextram Joan. Borg. Dietrich, lævam Fran. de Ruprecht. Per reliqua aliorum ſuffragia eundem locum ſortiti ſunt, ad quem jam à Conſilio fuere deſignati.

21.ma Dominica 2.da poſt Paſcha Promulgatio novi Magiſtratus Mariani, quem videre eſt in Catalogo Sodalium. Exhibitum drama, cujus Scopus erat: mors mala melioris vitæ ſtimulus. Expenſas in id factas recenſet liber rationum expenſi, & accepti, quod auxit pia aliquorum Sodalium liberalitas in bonis operibus, quæ

28.va Dominica 3.tia poſt Paſcha fuere data, & diſtributi SS.i Menſtrui.

Menſis Majus.

5.ta Maji. Dominica 4.ta poſt Paſcha Conventus ordinarius, & Exhortatio, in qua explicatæ pro more fuerunt, & demonſtratæ neceſſitas, & utilitas Legum Marianarum.

12.ma Dominica V. poſt Paſcha Conventus, & Exhortatio.

19.na Dominica 6.ta poſt Feſtum Paſchatis data bona opera, & SS.i Menſtrui &c.

26.ta Dominica Pentecoſtes nullus pro more Conventus.

Menſis Junius.

Menſis Junius.
2.da Dominica Trinitatis Conventus, & Exhortatio. Indicta in diem Theophoriæ Domini Sacra Communio ejus juxta leges Marianas obeunda. Cum autem plurimi obierint devotionem Aloyſianam per 6. Dominicas, eamdem obeuntibus conceſſum fuit, ut primum 2.da poſt Pentecoſten Dominica S. Synaxin accedant. Serio etiam commendata fuit, & inculcata ſingulis modeſtia Mariano Sodali ſumme conveniens in publico per plateas inceſſu, cum Sanctiſſimum circumferretur. Conſilium tamen non Scipionibus erat inſtructum. Commodata Dño Patri Præfecto Imago Crucis cum duobus Ductorum baculis. Pro hac tamen gratia non gratiam, ſed injuriam publice ferre coactus eſt Præſes cum Mgro Poëſeos, quaſi ordo à nobis fuiſſet diſturbatus, licet ob nimiam hominum copiam uſque ad portam (: Creuz=gaſſi dictam :) pergere non potuimus, uti voluit mirabilis homo. NB. Invenire eſt hic ſæpius in hoc diario monitum à Præſidibus annotatum, nempe non videri, Congregationem noſtram teneri ad commodandam imaginem hanc, cum ea tantum tribus per annum vicibus Crucifixi icone utatur, Gymnaſium vero octies, vel novies circiter.

Annus 1765.

Mensis Junius.

9na Junij. Dominica 2da poſt Pentecoſten Conventus ordinarius, & Exhortatio. Obita à plurimis propter Feſtum Theophoriæ Dominj Sacra Synaxis.

16.ta Conventus, & Exhortatio. Non indicta Cōmunio in diem Veneris, seu 21.mam hujus menſis, qua celebra~~ta~~batur Feſtum Sanctj Aloyſij Sodalitatis noſtræ Patronj; quia hanc in diem jam proſcribitur à Gymnaſio.

23.tia Dominica 4.ta poſt Pent. Mane hora 7.tima Sacrum in Odeo in honorem Sanctj Aloyſij lectum à Patre Præfecto ſpiritus P. Franciſco Hörg ad id invitato. Recitatum sub eo eſt alta voce Roſarium, & Lytaniæ de Sancto Patrono. Preces præivit Præfectus; finis vero impoſitus, recitatis sex Pater, & Ave cum totidem Gloria Patrj. Hinc nulla habebatur Muſica. A prandio Conventus ordinarius, & Exhortatio. Indicta in craſtinam diem S. Joannj Baptiſtæ Sacram Cōmunio vi legum hoc Feſto obeunda; in 29.nam vero, qua erat Feſtum SS. Apoſtolorum Petrj, & Paulj non fuit præſcripta, licet Sodales etiam hoc Feſto vi legum S. Synaxin adire debuiſſent. Monitj tamen omnes fuere de regula, & quejs nimia foret SS.orum Myſteriorum frequentia, imperatum, ut die Viſitationis B. V.is M.æ, quæ brevj erat ſecuta, Sacram denuo Cōmunionem obirent.

30.ma Dominica 5.ta poſt Pentecoſten. Conventus ordinarius. Impoſita aræ bona opera, & diſtributj SS.tj Menſtruj.

Menſis Julius.

Julius.

2da 2da, seu Feſto Viſitationis B. V. mane hora 7.tima Sacrum in Odeo pro more cum Muſica. Celebravit ibidem P. Præfectus Studiorum Franciſcus Dallavo. Sacram Synaxin frequentarunt omnes Sodales. Non deportatum Ciborium in templum; quia tantum reſiduæ erant 2. hoſtiæ, quas celebrans ipſe ante ablutionem ſumpſit.

7.tima Dominica 6.ta poſt Pentecoſten Conventus ordinarius, & Exhortatio. NB. Melius fuiſſet omiſſa Congregatio; hac enim die habebatur Solennitas Indulgentiarum Catechiſticarum, ad quam multj defuerunt, quj geniorum Perſonas, Ductorum, Staurophorj egerunt, itemq; 3 Muſicj ~~fere~~ omnes vix audita hora prima non exiguo ſine ſtrepitu ex oratorio diſceſſerunt. Proinde ſatius foret, juxta morem, quem unus, vel alter Præſes obſervavit, ~~ut~~ nullum inſtituere Conventum, licet is optime poſſet haberj, dummodo lentj Catechiſtæ ea, qua oportet, & antiquitus fuit obſervatum, hora, nempe duodecima abirent.

9na Die Martis inſtituta Peregrinatio in Montem Marianum. Idcirco aliquot jam ante dies demiſſiſſime à P. Præſide conventus, rogatusq; A. R. P. Rector, ut, licet ea die Schola in claſſibus ſuperioribus, & illis, quæ Syntaxj minore ſunt inferiores, fuerint apertæ, habitæq; lectiones, noſtræ Sodalitatj Licentiam impertiretur pie ad Matrem Thaumaturgam peregrinandj. Annuit ille lubentiſſime, quin perquam libenter id

Annus 1765.

Julius.

vidit, quod Congregatio ea die, qua tam prudenter sperari solerat vacatio, peregrinari voluerit. Hesterna enim die ~~nempe~~ Lunæ Major DDnorum Civium n.o salutato Rev.do P.e Rectore ad montem Thaumaturgum gessit; eo quod elapsa die Jovis, qua illam constituit instituere, peregrinatio pluvijs impedita fuerit visa. Festitimus hic nonj annis procedentibus quandoque observato, dum etiam extraordinariam à R. P. Rectore licentiam obtinuerit nostra Sodalitas; petita tamen, ut par est, fuit licentia à RR. PP.bus Professoribus classium Superiorum, & Magistris, ut Musicis non Sodalibus liceret adire montem tum ad cantandum in Urbe, tum officium solenne in templo producendum, quod una cum Offertorio de B. V.e, & Symphonia ipse Præses suppeditavit. Processimus autem hoc ordine. Mane hora quinta à Sacristano Studioso signum fuit datum hora quinta. Paulo ante 6.tam mediam adivimus templum, in cujus Sacristia Consultoribus dantur scipiones, qui una cum Præside inde exierunt, postquam Sacerdos media 6.ta in choro legens exijt. Tum ab eodem, antequam Missam ordiretur, impertita fuit sacra benedictio ciborio tantum: postea intonabant Musicj Lytanias Lauretanas, cantando Kyrie eleison, & sic deinceps usque ad Sancta Maria &c. Quo audito, nos, dum in medio templj prope cryptam in scalis lapideis genu flexo perstitimus, una cum reliquis Sodalibus, qui in scamnis erant, surreximus, præcedente Staurophoro cum Acolythis, Ductoribus, Genio &c. Sequebantur tunc Syntaxistæ minores, Majores, Poëtæ, Rhetores, Musicj, Consilium cum Præside. Relicto Gymnasij, seu potius Collegij fornice, ferculum, quod ibi jam stabat paratum, Thaumaturgæ Matris Iconam referens, à 6. Rhetoribus præferebatur jam ante Syntaxistas minores; si enim, ut alijs annis factitatum, primum ante Consultores fuisset prælatum, minus observari potuisset, an scholæ procedentes debitæ sint modestiæ tenaces. Per urbem decantatæ fuerunt à Musicis Lytaniæ, cunctis tacite preces pias dicentibus. Prope urbis Naabburgensem, ut vocant, portam in domo quadam collocatum ferculum, & genio pariter ibidem permanente, apud Parentes suos probe custodito. Ferculo vero, ne quid detrimenti pateretur, aut pictura à pijs aliquibus pro reliquiario, ut sæpius factum, abraderetur, quidam è Sacristanis invigilabat. Tum extra portam more recitatum alta voce rosarium, quo finito, cum propiores essemus Templo montis, recitatæ pariter alta voce Lytaniæ, à Musicis vero, antequam in illud introjre paravimus, iterum cantatæ. Tum expectatum, donec Missa.

Annus 1765.
Julius.

quæ per octavam Visitationis à Parochianis Urbis Musicis decantarj solet, fuerit finita. Tum hora 7.ma inchoatum officium solenne, cujus Pontificem egit P. Xav. Anderl, Præside cum multis alijs ad aram lateralem sacrum celebrante. Ante, & post officium impertita hierotheca in majore benedictio, quæ per totum officium erat exposita sine prævio cantu: Tantum ergo, tympanis utpote, & tubis ad benedictionem insonantibus. Finita re sacra iterum in Templo montis cantatæ Lytaniæ, auditoq; τὸ Sancta MARIA &c. eo, quo accessimus, ordine recessimus. In descensu montis recitatum alta voce Rosarium. Ad portam Urbis denuo appropinquantes excepit D. Prinz, ut vocant, seu Tubicinum Præfectus, aggregati denuo etiam agminj, quj quasi seculum expectarunt. Cantatum in urbe per compita usq; ad templum nostrum, ubj cantatis Agnus DEI &c. postea Antiphona Salve Regina Præses Sacristiam ingressus, superpelliceo, & stola indutus coram exposito ciborio orationem cantavit, præmisso ℣. ora pro Nobis Sancta DEI genitrix &c. Demum data benedictione omnes è Templo discessere Sodales. Quæ hac die expendj oportuit, videre est in ratione accepti, & expensi. Ceterum quæ ante hanc Applicationem, ne oblivionj tradantur, notanda sunt, sequentia dant puncta. 1. adeundus à P. Præside R. P. Rector, deq; die, qua instituenda commode videtur processio, commonendus, rogandusq;, si non alia, quam Jovis die, possit institui, ut licentiam benignissime impertiatur ea die montem Marianum conscendendj. 2. conveniatur R. P. Inspector propter Musicos, & in die extraordinaria si instituatur processio, etiam petenda licentia à Professoribus illorum Musicorum, quj non sunt Sodales, præcipue si lectiones, & scholæ, utj hoc anno factum, à non Sodalibus sint frequentandæ. 3. adeundus, vel per Nobiliorem quemdam Discipulum monendus R. P. Decanus Parochiæ hujatis, ut permittat publicam devotionem hanc pro more obirj. 4. Invitandus officiator, nisi ipse Præses eundem velit agere. 5. Rogandus quidam Magistrorum ex superioribus tribus Scholis, utpote quas Sodalitium nostrum complectitur, ut comitem P. Præsidis velit agere. 5. Pridie peregrinationis monendj æditui in templo Nostro, Parochia, ad Matrem Dolorosam, seu in templo aulico, in Xenodochio, ad SS.mam Trinitatem, ut pro ære, quod in libro accepti, & expensi est videre, campanas pulsent. 6. Monendj Tubicines propter intonandas tubas ductiles, seu trium tonorum trombonas ab alto, tenore, basso trombono: & gingrinam (: vulgo Zinkn :) 7. Eodem tempore constituantur genius, Staurophorus, duo acolythj, duo Ductores, Ceremoniarius, & navicularius, & Thuriferarius, quj in monte ad officium inserviant. NB. Togæ illorum (: exceptis acolythis, hj enim procedunt in ordine per urbem, & montem :) asportantur à Tironibus, vel Syntaxistis Minoribus, si tyrocinio jam excessere. Ceterum thus, naviculam, thuribulum,

Annus 1765.
Julius.

& togas Miniſtrantium ſuppeditavit Templum noſtrum S. Georgij, utpote cuj etm̃ à Congregatione darj ſolent tres libræ ceræ Virginis. 8. Præparandum mature, & exornandum ferculum, cujus 6. bajulj, quj rubris pallijs ſint inſtructj, conducantur, itemq; à Sacriſtano Congregationis civicæ petenda pro ferculo ſuſtentando 6. fulcra lignea. 9. Nominandus, quj vigilias agat ferculj, in ea domus fornice, ubj aſſervatur, quiq; hora 5.ta jam audiat Miſſam. 10. Rogandus P. Præfectus templj propter togas Miniſtrantium, item Sacriſtanus noſter propter obſequia, ſique præſtare poſſit hac ad peregrinationem. 11. Seſquj libra ceræ Virginis ſex conſtans cereis à Sacriſtano Congregationis deferatur in Templum montis, ubj pro donario relinquitur, poſtquam uſuj fuit per tempus Miſſæ Solennis. 12. Præſes pecunijs ſe inſtruat ad erogandam pauperibus ſtipem, jaciendos pro libitu aliquot cruciferos in gazophylacium templj, & pyxidem, quam extra templj porticum aſſervat quædam illj aſſidens mulier. 13. Poſt reditum mox reſtituantur omnia, quæ aliunde accepta fuere mutua, grates agendæ Patrj officiatorj, ſolvenda debita, & hauſtus Muſicis, bajulis, Sacriſtanis &c.

14.ta Julij. Dominica 7.tima poſt Pentecoſten. Conventus ordinarius, & Exhortatio, quæ utiq; non omittenda videtur propter præcedentem peregrinationem, ut alibj, & à Congregatione majore fit, ubj nec Dominica Paſſionis; conſtat enim, ea die Sodales ob omiſſum Conventum horæ comprecationis tamen n̄ interfuturos, licet quidam ex Anteceſſoribus id annotaverint.

21.ma Conventus, & Exhortatio Dominica 8.tava poſt Pent.

30.ma Dom. 9. poſt Pent. Conventus ordinarius. Poſt data bona opera diſtributj SS.i Menſtruj.

Menſis Auguſtus.

4.ta Auguſtj. Dominica 10.ma poſt Pentecoſten Conventus pro more nullus ob Proceſſionem publicam in honores S. P. N. inſtitutam, in qua non paucj Sodalium perſonas ſuſtinuerunt. Petitæ à Præfecto denuo Imago Crucifixj cum velo, pluresq; veſtes, & Scipiones pro Ductoribus. Attendendum, ut eo tempore, quo è gymnaſij atrio fercula, quæ initj à Magiſtris apparantur, gymnaſium mox claudatur; incuriæ enim Pulſatorum, quj id tempore Proceſſionis apertum ubiq; reliquerunt, merito adſcribitur furtum, quo duo pannj, quorum unus ſuper menſam Secretarij, alter ſuper pavimentum, ubj Sella Præſidis exhortantis ſiſtitur, erant inſtratj, fuerint ablatj, unus hoc, alter alio mox tempore, ubj ~~ſemper~~ denuo incurij erant in claudendis foribus Pulſatores.

Annus 1765.

Auguſtus.

11.ma Aug.

Dom. 11. poſt Pentecoſten. Conventus ordinarius, in quo ~~pro~~ more ſingulis annis conſueto recitatum Officium Defunctorum pro omnibus Sodalibus defunctis è quolibet fere Sodalitio noſtræ Congregationi confœderato. Electa hæc dies, quia nullum in hanc Dominicam incidit Feſtum Duplex, nec ulterius differri potuit, ſat diu utiqꝫ jam dilatum.

15.ta Aug.

Feſto aſſumptæ in Cœlos Virginis Miſſa pro more ſingulis fere B. V. Mæ Feſtis conſueto, hora 7.tima matutina, cantantibus ſub eadem Muſicis. Equidem præſcripta fuit Cōmunio ex gymnaſio; at ipſe P. Præfectus, quæ cum Cōmunio in ordine n' ſit hac die, uti aſſeveravit ipſemet P. Præfectus, accedenda, approbavit eam in Congregatione diſtribui; quin voluit ipſemet Sacra Synaxi Sodales reficere. Proinde evitatæ ingentes, ac publicæ etiam tricæ, quæ prioribus quandoqꝫ annis ſæpius ſunt ortæ. Lyceiſtæ enim, quos Congregatio Civica complectitur, eo die accedunt Aulam, ſeu Odeum ſuum ad ſumendam ibi S. Synaxin, utpote Feſtum ſuum Secundarium à 5.qꝫ ~~primis~~ iam annis electum celebrantes, adeoqꝫ ſoli impoſterum gymnaſiſtæ in Templo deberent S. Cōmunionem accedere; cum autem & horum maxima pars ſit in noſtra Congregatione, ſatius ducebatur, eos in Odeo comparere, cum major ibi ſit devotio, fervor, & ſilentium. Ita hoc certe anno compertum, & approbatum à Noſtris, qui rei ſacræ ipſi inerant. Hoc ſalvo meliore, quod vix apparet.

18.tava

Conventus, in quo pro more in octavam aſſumptionis B. V. Mæ introducto recitatum Officium Majus B.mæ Matris. Repetiti hac hebdomada fuere libri, qui ſingulis per annum Sodalibus fuere conceſſi.

25.ta

Conventus ordinarius, in quo data bona opera, & diſtributi SS. Menſtrui.

Menſis September.

September.

Dominica 14.ta poſt Pentecoſten Conventus ultimus, in quo ſine datis bonis operibus diſtributi SS.i Menſtrui, & ſub finem recitatæ Lytaniæ Marianæ Lauretanæ. Pia ~~[illegible]~~ propoſita jam antea Aræ impoſita.

Annus novus Scholaſticus

Præſide eodem.

Menſis October.

October.

20.ma

Dom. 21.ma poſt Pentecoſten Conventus nullus ob celebrata Templi noſtri encænia.

27.tima Dom. 22da?

Conventus, in quo data bona opera, diſtributiqꝫ SS.i Menſtrui.

Menſis November.

November.

3.tia

Dominica 23.tia poſt Pentecoſten. Recitatum Officium Majus Defunctorum pro omnibus è Congregatione defunctis Sodalibus.

6.ta

Die Mercurij mane hora 7.tima cantatum Requiem, ut vocant, pro iiſdem Sodalibus. Præſes ad Aram Sancti-Xaverij Sacrificium pro iiſdem obtulit. Suppeditati pro more octo cerei, qui denuo finito officio fuere reſtituti.

Annus 1765.
Menſis November.

10.ma 13.tia Dominica 24.ta poſt Pentecoſten Conventus ordinarius, & Exhortatio. Indicta Singulis Communio Sacra in diem Mercurij, in quod incidit Feſtum Sancti Staniſlaj Secundarij Sodalitatis noſtræ Patronj, juxta legem anno 1727. in perpetuum à Congregatione Sancitam. Hinc hora 7.tima in Odeo noſtro cantatum sub Miſſa Ode, seu Aria in honorem S. Staniſlaj à P. Præſide ſuppeditata. Celebravit P. Inſpector Mathias Knoble, qui poſtquā omnes fere Sodales, etm Dños Logicos pane Angelico pavit, finita Miſſa Ciborium cum reſiduis Hoſtijs deportavit in Templum, comitantibus id pro more Sodalibus. Hoc in Conventu pariter indicta electio novj Magiſtratus Marianj, ut videlicet D. Logicis aditus in majorem, Syntaxiſtis vero in noſtram Congregationem ingreſſus fiat.

17.tima Dominica 25.ta poſt Pentecoſten Conventus ordinarius, in quo Electio novj Magiſtratus Marianj. In medio propoſitus Martinus Hoffmann, à parte dextra Nob. Jacob. Schenckl, à ſiniſtra Joan. Bapt. Smeth. Primus 50, ultimus 8., Secundus autem 60. tulit calculos. Proin in Præfectum electus Nob: Schenckl, Soc: nræ Candidatus. Indicta in hoc Conventu, ut anno priore, in Feſtum Præſentatæ in Templo Virginis Confeſſio, & Communio, libera tū ob inſtans Feſtum D. Catharinæ, quo alias à Gymnaſio Solet proſcribi. Nihilominus, quamplurima, & maxima pars Sodalium S. Synaxin adijt, quam diſtribuit P. Franc. Jörg, Præfectus Spiritus. Finita Miſſa deportatum fuit Ciborium in Templum. Admiſſi hodie primo Syntaxiſtæ minores ad Tirocinium.

21.ma Die Jovis, Feſto ſcilicet Præſentationis B. V. M.æ, mane hora 7.tima Miſſa in Odeo, ſub qua Muſica. Comparuere omnes fere Conventus.

24.ta Data Bona opera, diſtributi SS: Menſtruj.

Menſis December

1.ma Decembris Conventus Ordinarius, & Exhortatio. Dominica I.ma erat Adventus. Indicta quamplurima pro Feſto Titulj notanda. 1. ut ſe hac hebdomada diligenter præpararent ad confeſſionem annuam. 2. ut inſtructj cereis, formulæ ſuum nomen inſcribant, ut poſſint Catalogo inſerj: ante annum enim aliquj ſcripſerunt: Ego N. N. unde utique dignoſcj nō poterit, quj renovarint, & quj non. 3. ut Silentium obſervent accuratius Feſto Titulj in inceſſu ad Templum, & in receſſu ab eodem, & modeſtiam Mariano Sodalj convenientem in his proceſſionibus præſeferant. 4. ut qualibet claſſis, cuj hora comprecationis in Templo aſſignatur, occupet ſcamna non in Templo, ſed in choro prope Summum Altare collocata &c. &c.

Anno 1765. 8.va Decembris. IIda Dom. Adventus.

Ritus, qui fuerit observatus, vide signum 13. infra 14.ta

Festum Tituli, quo observata fuere omnia eo propemodum modo, quem anno elapso observavimus. Missam Solemnem in Templo Decantavit P. Ignatius Hechl, Procurator Domesticus. Hora 7.ima Sacrum dixit mane in Odeo P. Franc. Xav. Anderl, Admin. Typi Officiator. Ad Sodales cum summo animorum motu dixit P. Fidelis Mader, operarius, & Praeses Congregationis Dominorum, ac Civium. Finita Exhortatione renovata formula, postea eadem, cum ad Aram Sodales facere oblationem, fuit cantata. Tum promulgatus novus Magistratus Marianus, quem denique excepit Hymnus Ambrosianus.

13. 14.ta Decembris.

Missa fuit lecta hora 7.ima in Odeo à P.e Lustner Profess. Grammat. ad eam invitato. Interfuere Eidem oes Sodales una cum Rudimentistis, & Grammatistis.

~~15.ta Decembris~~

13. In Odeo Sacrum à Patre Anderl, itemque Patre Praeside fuit celebratum sub ritu duplici Imae classis; hinc sola fuit facta commemoratio de Dominica, non autem de octava S. Xaverii. In officio autem etiam 1.a Commemoratio de Dominica, 2.da de Octava currente.

Conventus Ordinarius, & Exhortatio.

15.ta Decembris. 3.tia Adventus Dom.

Iterum Conventus pro more, & Exhortatio, indicta juxta leges Congregationis Sacra Confessio, & Communio in Festum Nativitatis Domini.

22.da & Dom. 4.ta

Conventus. Data bona opera, & distributi S.i Magistri.

29.na Decembris

Annus 1766.

Mensis Januarius.

1.ma Januarij

Obita à Sodalibus Sacra Confessionis, & Communionis Mysteria, ad quam ex regula 3.tia Legum Marianarum obligati, & in praecedente Conventu fuere praemoniti.

5.ta

Conventus Ordinarius, & Exhortatio. Legi coepta Suffragia, & in hoc, & in sequentibus Conventibus pro Defunctis ex qualibet Sodalitate nostrae confoederata.

12.ma

Conventus Ordinarius, & Exhortatio.

16.ta Tyrocinia

Ultimum Tyrocinium hac die habitum post Tyrocinia 20., quorum initium fuit datum à Mense Decembri, & per omnes dies Martis, Jovis, & Sabbathi cujuslibet continuatum.

19.na Dom. 2da post Festum Epiphaniae.

Dominica 2da, seu Festo SS.mi Nominis JESU fuit Conventus Ordinarius, ad quem etiam invitati Hospites à nostris aliqui. In eo Sodalium numero fuere adlecti Tyrones 44. Per Secretarium habita fuit

Annus 1766.

Oratio Latina, qua finita formulam obtulere Tyrones singuli, eaque postmodum à Musicis decantata in medio odej se collocarunt genu flectentes, donec omnibus juxta normam in libello legum Marianarum pro susceptione observandam absolutis cantaretur Hymnus Ambrosianus, quj excepit oratiunculam Eucharisticam ab altero Oratore dictam. Fuere hj Tyrones accuratj in omnibus Tyrocinijs frequentandis, et ideo à toto Consilio dilaudatj, iidemque 3 in formulis varie libeculos. Quot fuerint, indicat liber, sive Catalogus susceptorum hoc anno. Qui fuerint, idem ipse denotat. Cum obtulerint, lege librum Rationum acceptj et expensj.

20.ma Januarij.

Die Lunae Festum SS. Fabiani et Sebastiani pro more celebratum, quo hora 10.a civiles commoditatis à nostra Sodalitate Civici fini, Magistro et velo in ordine [illegible] supplicantium agmine omnimus in Parochiam ad Aram Sancti hujus Archiatrj, ad cujus pariter Templum extra Urbem die feriis insequentj eodem more [illegible]

25.ta Januarij. Dom. Septuagesima.

Conventus ordinarius. Data bona opera et distributj [illegible]strj. Indicta sacra Confessio et Communio in sequentem Dominicam.

Mensis Februarius.

2.da Februarij Dominica Sexagesima.

In hanc Dominicam inciderat Festum B. V. M.ae Purificatae. Hinc hora 7.ma in odeo nostro cantata Missa, sub qua Eucharistico pabulo refectj sunt Sodales. A prandio Conventus ordinarius, sub cujus finem recitavimus Lytanias Lauretanas pro Nobili Joseph Härtl, Humanista, quj periculose decumbit, pro quo pariter privatae preces et devotionis opera fuere indicta. Is ipse mane finito officio in Templo nostro sacro Viatico fuit munitus, quod comitatj omnes Sodales, quos assistant pro more Consilium et Magister, quibus à Sacristanis datj sunt cerej, non de caeteris Sodalibus. Praeses Congregationis pro more hic locj introducto domj remansit. Denique finito hac die Conventu iterum pro consuetudine persoluta Suffragia pro defunctis Sodalibus Confoederatis.

✠ Funus Jos. Herll
3.tia Februarij, et 5.ta

Hac die circa horam 4.tam matutinam pientissime in Deo obijt supra nominatus Juvenis Nob. Jos. Herll, Poëta, febrj hectica suffocatus. Premebatur optimus Juvenis gravj per plures annos inopia, et omnium prope rerum penuria, eo quo

Ipsius Parens, qui 4. post se liberos reliquit, praematura morte è vivis abiens, & Advocati munere hic loci defunctus, matri viduae vix potuerit relinquere, quod eidem, & liberis sufficere ad sustentationem potuisset. Caeterum erat Juvenis, tanta licet egestate pressus, DEO, & Superis charus, Superioribus suis & ad nutum obediens, & cum primis ferventissimus Sodalis, utpote qui, licet summa inopia laboraret, tamen per biennium in formulis eam obtulit pecuniam, quam multi Sodales etiam eo longe ditiores non dederant, à propriis suis Benefactoribus conquisitam, et amendicatam. Verum Mater amabilis, cui adeo addictus erat, eum dilexisse videbatur, cum innocentem ad se, ut credimus, in caelum evocavit Festo Purificationis suae, quae primum hoc anno 3tia hujus ab Ecclesia celebrabatur, ob Dominicam hesternam Sexagesima, qua celebrari nequiit. Demum 5ta hujus Eundem tumulo intulimus post finitum in Templo nostro Officium, quod in honorem SSrum Trium Martyrum Japonensium decantabatur. Voluimus in ordine ex Gymnasio procedere ad Ipsius domum, sed cum eo excederemus, jam aderat funus, quod supra indicatum tempus maturius efferri voluit Sacellanus, et Cooperator Parochiae, qui pro more suo, utut Urbanus, urbanitatis tamen parum gnarus, expectare noluit. Ordinem autem hunc observavimus: Praecessit Stauropherus Parochiae, hunc mox sequebatur pro more hic introducto feretrum, quod gestabant 6. Humanistae nigris tecti palliis, & pileati, totidemque in eodem vestitu eadem ex schola faces circa illud praeferebant. Insecuti fuere Genius Congregationis pariter nigro pallio tectus, qui a facie, & tergo usque ad pedes defluebat, 2. Acolythi cum Stauropheros, tum Schola omnes è Gymnasio, & Domini Lyceistae, singuli juxta ordinem classium. Unum quod mihi certe, meoque Condiscipulo Magistro Poëseos maxime displicuit, est à nullis recitatas preces, sed omnes tecti capita sua pileis ridebant, garriebant, fabulabantur. Volui ego hunc errorem pro virili corrigere, sed responsum mihi, hoc hic loci jam esse in usu, quicunque demum sepulturae mandaretur, neque esse in more positum, ut vel una Parochiae campana compulsetur, nisi ad minimum Imperialis, aut 2. floreni dentur. Effecit tamen Filius Gratiosissimi Domini Cancellarii Aulalis apud Rdum Dnum Decanum, ut gratis hoc obsequium praestarentur pauperi Studioso. Proinde ad intercessionem Comitis de Praseck, qui Defuncti erat Condiscipulus, D. Decanus nihil [illegible],

Annus 1766.
Februarius.

nisi honorarium, Æditus, et Ejus Sociis praestandum. Demum cum ad Cœmeterium D.ivæ Catharinæ perventum, compulsatæ ibidem geminæ campanæ Signum ad Sepulturam dedere, qua finita Templum adivimus, et Sacro pro Anima Defuncti à Sacellano persoluto interfuimus, Sub quo binas plures Sodalium fecere oblationes, quæ pariter Singulis Sunt præscriptæ nullo modo, nisi ultra fiant. Fine rei Sacræ imposito domum redivimus, sed Sine ullo ordine; D.ni Lyceistæ enim post illatum cœmeterio funus foris expectarunt, norq; 3 obscurato Senu feminoq. aliqui domum remigrarunt. Neque id mirum; cum nec P. Præfectus, nec ullus Professorum, excepto Solo Præside, et Defuncti Magistro comparuerint. Sumptus pro funere facti fuere 7. vel 8. circiter floreni, quos omnes Solvere Condiscipuli Defuncti, cui omnes Sempiternam in Domino Requiem precantur.

9na et 10ma Febr. Dominica Quinquagesimæ nullus Conventus ob comprecationem 40. horarum pro more. Ejus enim loco insequenti die Lunæ, Seu 10ma hujus paulo ante horam 2dam pomeridianam è Gymnasio in ordine ad Templum nostrum processimus. Præibant genius, tum duo Ductores Scipionibus instructi, demum reliqui Sodales cum Præside, et Magistro Socio, qui per horam domi commoratus iterum rediit hora 3.tia Sub finem Comprecationis, post quam eodem in ordine, quem in accessu observavimus, Sumus reversi in Gymnasium.

16.ta Februarij. Dominica Invocabit, Seu I.ma Quadragesimæ Conventus ordinarius, cui narrata Sacra Historia.

23tia Februarij. Dom. II. Quadragesimæ. Conventus ordinarius. Data bona opera, distributi S.i Menstrui.

Mensis Martius.

Martius.

2da Martij. Dominica Oculi, id est, 3tia Quadragesimæ Conventus ordinarius, et enarrata Sacra Historia.

9na Martij. Dominica Lætare, Seu 4ta Quadragesimæ Conventus, et Sacra in Eo narrata Historia.

16.ta Martij. Dominica Passionis Conventus ordinarius, Data bona opera et SS.i Menstrui ~~et narrata Sacra Historia~~. Indictum in proximam diem Mercurij

19na Martij. Festum S. Josephi Sponsi B. V. M.æ. Commendatus Singulis mem in modum cultus Sancti hujus tunc in Archiatrum, tum ut Sacram Confessionem obeant et S. Synaxin accedant, tum ut hisce, aliisve pietalis operibus S. Indulgentias lucrari conantur à Sede Romana nostris Congregationibus concessas, & à Benedicto XIV. in bulla recenti confirmatas. Non tn̄ dare cogebantur Schedas Confessionis testes, neque eadem SS.a Mysteria obire, eo quod unicuique suo arbitrio, & libere iisdem uti volentibus fuerint suasa.

21.ma Martij:

Hodierna die Veneris, seu festo Matris Dolorosæ media 10.ma in Odeo nostro dictum fuit Sacrum, sub quo cantatus Planctus Marianus, Stabat Mater &c. voce Pergolesi. Commendata jam præcedente Dominica singulis in hanc diem debita pietatis, & modestiæ, sed præsertim silentij exempla, ob quæ etiam accurate observata, uti jam anno abhinc ipsa denuo ab Hospitibus valde honorificis, quos inter & R. D. Rector Sec Rauch Odeum nostrum accessit, plurimum & pro merito dilaudati fuere Sodales.

23.tia Martij:

Dominica Palmarum Conventus nullus pro more, ob Planctum nempe Marianum nudius tertius decantatum, cui omnes interesse tenebantur.

29.na Martij:

Die Sabbati Sancti hora circiter 2.da ad Sacra Domini cenotaphia una cum Congregatione DDnorum &c. pium agmen eduximus ea in templa, quæ alijs annis hoc in Diario jam annotantur. Nostra Congregatio, licet Senior sit alterâ, debet præcedere, cujus agmen claudit Præses cum aliquo Magistrorum. Recitata fuere in quolibet Templo 5. Pater & Ave in honorem SS.rum Vulnerum, tum subjuncta Oratio: Respice, quæsumus, Dñe super hanc familiam &c. Dum post nos, vix Templo per unam januam excedentes, per alteram introivere DDñi Sodales alterius Congregationis, quo in via dixit Rosarium lingua germanica, nos latina, alternatim post quamlibet decadem Musicis cantantibus Hymnum Stabat Mater &c. Ceterum, cùm ex Templo Parochiano divertendum fuisset ad aulicum, seu Matris Dolorosæ, ob ingentes, quæ ex alto cecidere pluvias, perturbato omni propemodum ordine in nostrum cucurrimus, Civibus vero, & Studiosis Lyceistis domum reversis. Genij uterius, pretiose vestiti, jam è Templo Patrum Paulanorum reduces ad proximam domum Dñi Rheindl, cujatis [illegible], discesserunt, qui post semihoram circiter redeunte cœlo serenitate sunt reversi. Herculis locus fuit datus sub fornice hujatis Tabernæ vinariæ (vulgo Trinkstuben:) quæ etiam paulo ante compluta, sicca demum eo ex loco fuere exportata. Unum portarunt seu Humanistæ statim post Crucem, & Genium, qui

Annus 1766.

Martius.

omnes cucullati inceſſere. Imago autem referebat Matrem Doloroſam, quam conopæo viliori ornarunt Sacriſtani, affixis diverſi generis ſparergis. Bajuli pariter nigris palliis erant tecti. Poſt primum ferculum ſecuti fuerunt Syntaxiſtæ mes, & m̄er; poſtea Humaniſtæ, & Rhetores.

Nova veſtis pro genio neceſſario comparata.

Hos excepit alter Genius nova, & hoc primum anno comparata veſte cinctus. Admirati illius ſplendorem, ac pretium omnes, qui illam oculis ſpectarunt. Fuit autem hæc veſtis comparata ex Toga Sereniſſimæ Electricis noſtræ, quæ eandem, cum Joſephus Joſephæ, Auguſtus Auguſtæ, Filiæ Auguſtiſſimi quondam Imperatoris Caroli VII, deſponſaretur, duabus nonniſi diebus geſtaverat. Veſtis vero, quæ ex 17. ulnis conſtabat, fuit confecta Viennæ in Gallia, cujus quævis ulna ibidem 24. fl. divendebatur. Nos vero pro ulna ij. nonniſi fl. debuimus ſolvere. Pro Cydari vero, ſeu galea ſolvendi erant 23. fl.; fimbriæ enim aureæ 12., plumæ vero Monachio allatæ, numero undenæ, totidem florenis emi debuerant. Totius vero veſtis pretium indicant rationes accepti, & expenſi. Cæterum Præſes una, & totum Conſilium ſancivit, ut nulli commodaretur ad uſus Theatri; Sic enim brevi tempore detereretur, & inopia, qua modo ob debita neceſſario contracta premitur inops alias noſtra Sodalitas, penè opprimeretur, & ad incitas redigeretur, præcipue cum hæc veſtis, ſi de novo fuiſſet coëmenda, 300. facile florenis debuiſſet ſolvi, quæ in dimidio nonniſi pretio potuit conquiri. Atque hæc de veſte.

Proceſſio die Sabbati Sancti.

Poſt Genium à ſex Rhetoribus in rubris palliis, ferebatur alterum ferculum, Dominæ Matris noſtræ effigiem referens. Exornatum erat pretioſo noſtro conopæo. Fercula una cum columnis ſuppeditabat Congregatio DDnorum &c. Demum agmen clauſit Conſilium Legionibus inſtructum. Aliqui in hac pariter Proceſſione pœnitentium agmini ſe adjunxere, à quo tamen excluſi ii, qui minoris ſunt ſtaturæ ob hanc ipſam cauſam, quam anno priore pluribus explicatam eſt legere; melius namque eſt, ſi ſic incedentes per urbis compita publica orent, quam in Pœnitentis toga abſconditi ſine omni honeſta intentione circumerrent, ſepoſito ſupernaturali motivo. Hinc, qui opus pœnitentiæ voluerunt peragere, juſſi, ſe apud Patrem Præſidem ſiſtere, ut peterent

Martius.

licentiam subeundi opus pœnitentiæ, suumque indicarent nomen; qui enim facultatem non petiisset, aut eam non impetrasset, is pro absente habendus, proinde publica mulctandus foret.

30.ma Martij.

Dominica Resurrectionis pro more nullus Conventus, ob hesternam nempe Processionem, quæ per 3. ferme horas durare solet.

Mensis Aprilis.

Aprilis.

6.ta

Dominica in Albis. Nullus Conventus ob Promulgationem novi Magistratus Mariani exa Congregatione DDnorum, & Civium instituti.

13.tia

Festum tituli Congregationis Civicæ &c.

Dominica Misericord. seu 2da post Pascha celebrabat Congregatio Major Festum suum Titulare, Annunciationis B. V. Mæ, utpote quod in hebdomada majore non potuit haberi. Inde hora 7.tima in Aula Sacrum legit Pater Rector, sub cujus finem S.tam Synaxin accessere Sodales nostræ Congregationis, qui etiam tenebantur schedas dare confessionis peractæ testes. A prandio Conventus nullus; quia nostra Congregatio illi est confœderata, & quævis vicissim Sodales ad suum invitat Conventum. NB. Moniti jam antea Sodales nostri, ut hoc Festo pridie confiteantur, ne videlicet Sodalibus Congregationis Majoris confessionem annuam, & aliquibus generalem peragentibus molestiæ, & omnino sibi ipsis oneri ~~[illegible]~~ sint.

20.ma April.

Dominica Jubilate, seu 3.tia post Pascha Conventus Ordinarius, in quo instituta Electio novi Magistratus Mariani. Propositus fuit in medio Ægidius Ziegler, è dextra Martin. Hoffmann, e sinistra parte Georgius Wendel, Rectores, qui pariter & a reliquis Sodalibus eadem tulere suffragia.

27.tima

Conventus ordinarius. Data bona opera, & distributi S.ti Menstrui. Moniti quoque Sodales, ut, qui ad labores, aut in theatro, aut in Musica, aut alio modo obeundos fuerint constituti, eosdem soleriter in se suscipiant &c.

Mensis Majus.

4.ta Maij.

Dominica Rogate, seu 5ta post Pascha Conventus ordinarius, in quo juxta consuetudinem Sodalitatum Marianarum semel in anno observandam recitavimus Officium Defunctorum pro omnibus Sodalibus, Congregationi nostræ confœderatis, & anno elapso pie in Domino defunctis.

11.ma

Dominica Exaudi, id est, 5ta post Pascha Conventus ordinarius, in quo exhortationis loco, promissum fuit pium drama, cujus titulus: Anthymus DEI ET R. M. Sponsus &c. ab omni spectatore summopere. ob

Actorum, & cumprimis Musicorum insignem peritiam, & agilitatem dilaudatum. Promulgatus autem ante initium Dramatis novus Magistratus Marianus. Moniti antea omnes Sodales, ut circa mediam primam pomeridianam convenirent, ne ipsis omnis locus ab alijs Hospitibus Externis adimatur. Idem drama die insequente hora 2da confertissimo rursum spectatori exhibitum.

18.va Maij. Dominica Pentecostes pro more nullus Conventus. Indicta ta omnibus, & praescripta fuit sacra Communio, uti & ijs, qui Sex Dominicarum devotionem in honorem Sancti Aloysij nc observant, praecedentem antea diem Ascensionis Domini.

23.tia Maii. Dominica Trinitatis, utpote ultima hujus mensis Conventus ordinarius. Data bona opera, distributique Ssi Menstruj. Indicta Confessio in proximam diem Jovis, qua Festum Theophoriae Domini celebrabatur. Ijs vero, qui Sex Dominicarum cultum in honorem Divi Gonzagae observant, in diem proximam Dominicam, quae est infra Octavam Festi Ssmi Corporis Xti, fuit praescripta.

Junius.

Mensis Junius.

1.ma Junij. Dominica 2da post Pentecosten Conventus ordinarius, & Exhortatio.

8.tava Dominica 3.tia post Pentecosten Conventus ordinarius, atque Exhortatio. Comendatus omnium precibus, & pietatis operibus Sodalium unus, Mathias Will, Syntaxista Minor, qui morbo valde periculoso decubuit, pro quo etiam finito Conventu recitavimus Lytanias Lauretanas in honorem B. V. MARIÆ, cujus ope brevi quoque convaluit, ut pie credimus. Denique moniti Singuli, ut maturius ad Exhortationes conveniant, neque, si ex justa causa, qualis raro occurrere videtur, serius veniant, foris in atrio, ut factitatum, aut permaneant, aut omnino abeant; sed deposito hominum respectu audacter in Oratorium Matris Suae introeant, ne in suspicionem veniant erubescentiae, quod Divinae Virginis sint Sodales.

15.ta Dominica 4.ta post Pentecosten. Conventus ordinarius, & Exhortatio. Indicta in proximam diem Sabbati, 21.mam nempe hujus mensis, Confessio, & Communio in honorem Sancti Aloysij, Patroni 2darij nostrae Congregationis. Moniti omnes, ut juxta statutam ab eadem Sda legem ante annos 40, id est, anno 1727 :ut videre est hic in diario: sub officio hora qua in Templo nostro ad Aram Thaumathurgi distribui solitam Sacram Synaxin accedant.

Annus 1766.
Junij
Dies 22da.

Dominica 5.ta post Pentecosten infra octavam Divi Aloysij hora 7.tima matutina in Odeo nostro à P.e Francisco Jörg, Praefecto Spiritus, celebratum Sacrum, sub quo in honorem Ejusdem Sancti Archiatri recitatum alta voce Rosarium, & Lytaniae de Sancto. Sub finem Missae dicta quinquies Pater, & ave cum totidem gloria Patri &c. Subjuncto Symbolo Apostolorum, Credo &c. pro lucrandis ea die Indulgentijs plenarijs, quas tamen priori die dixisse oportuisset; non enim constet, utrum hodie dies sufficiat, nisi ijs, qui foederi Aloysiano sunt inscripti. A prandio Conventus ordinarius, & Exhortatio, quam excepere Lytaniae Lauretanae persolutae pro Sodalibus Benefactoribus, ijsque praecipue, qui magnis expensis ad Promulgationem ultimo exhibitam se valde munificos praestiterunt.

29.na Junij.

Dominica 6.ta post Pentecosten Conventus ordinarius, à quo data bona opera, cuique distributi fuere Sancti Menstrui. Quoniam hanc Dominicam praecedente die Martis celebrabatur Festum Nativitatis S.ti Joannis Baptistae, & in ~~proximam~~ diem hodiernam inciderat Festum SS.rum Apostolorum Petri, & Pauli, quo utroque Festo vi regulae 3.tiae omnes tenebantur confiteri, & S. Synaxin accedere, atque, cum plerique primum Festo Sancti Aloysij utraque Sacrosancta Mysteria obierunt, licuit Sodalibus pro arbitrio ad eadem denuo peragenda unum ex designatis geminis Festis eligere, quo suae obligationi saltem quodammodo satisfacerent. Caeterum S.A. Sodales, qui elapsa die Dominica mane hora 7.tima Sacro non interfuêre, debuerant finito Conventu in Odeo remanere, & 5.ies Pater, & ave cum totidem gloria Patri &c. addito Symbolo Apostolorum: Credo &c. alta voce recitare. Tum finito de bona Morte Conventu, qui hodie instituebatur, in Templo nostro, seu Sancti Georgij compulsi sunt remanere, & ad Aram Sancti Aloysij recitare Rosarium, & Lytanias de Sancto Aloysio, ut suam negligentiam eodem devotionis penso, quod ante octiduum in Odeo ferventiores persolverant Sodales, quodammodo resarcirent.

Julius.
2.da Julij

Mensis Julius.

Festo B.mae V.s MARIAE Elisabetham visitantis mane hora 7.ma omnes in Odeo convenire tenebantur ad Sacrum à Patre Praefecto Spiritus, Francisco Jörg celebratum. ~~At~~ Debuissent ad illum finem Sodales Sacram Synaxin accedere; at celebrans Missam

6.ta Julij.

conſecrandj hoſtias minores fuit oblitus, & Scrupulo adactus, ut Sodales in Templum remittere debuerit, quj & ipſj finita Miſſa Sacro pabulo fuere refectj. Dominica 7.tima poſt Pentecoſten Conventus, & Exhortatio. Dicta Particulatim 2. Rhetoribus, totidemq; Syntaxiſtis Majoribus, quj ob frequentata hoſpitia, tentatamq; cum altero Sexu Saliandj artem &c. accuſatj craſtina die media octava praeſente Patre Praeſide, & Praefecto Congregationis, geminisq; Aſſiſtentibus formulam Marianam renovare debuerant. Qua occaſione Serio monitj omnes, ne tum popinas, tum alias domos Suſpectas ullo modo accedant. Interdictæ etiam nocturnæ evagationes, quæ hic locj paſſim à Juventute inſtituuntur, conniventibus ad iſta (: proh dolor :) pluribus Patribus-familias. Nihilominus hujus delictj in poſterum reis intentata: pœna dimiſſionis è Congregatione ad Catecheſin in Templo noſtro haberj Solitam, Saltem ad aliquod Tempus.

8.tava Julij:

Hodierna die Martis Congregatio noſtra Supplicantium agmen paulo ante mediam 6.tam matutinam in montem Thaumaturgæ Virginis ab auxilio dictæ eduxit. Commendatum omnibus, ut in inceſſu devotionis Marianæ, modeſtiæ praeſertim, & Silentij decentis exempla unanimiter praebeant, neq; tam Sero veniant, ut primum in via capillos digitis pectere, aut plumas ex capite dejicere cogantur, ut anno abhinc factitatum. Ceterum hoc anno conjunximus nos Majorj Congregationj, ut videlicet majoribus parceremus expenſis, eo quod ærarium exhauſtum fuerit confecta nova veſte Genij Marianj, item pannis, vel tapetibus ex rubeo colore, quj pro duobus Scamnis Hoſpitum, pro 5.bus officialium, pro Praefectj, aſſiſtentium, Secretarijq; menſa inſternj Solent, item pro Scala ad aram, & Sedem, in qua exhortarj Solet Praeſes Marianus, itemq; pro Septem Sellis Conſultorum interea coëmptj fuerunt, ut videre eſt in rationibus expenſj. Pro hac ergo peregrinatione ea tantummodo expendere nos oportuit, quæ ibidem Sunt annotata. In Monte Mariano Miſſam Solennem pro more decantavit Socij Parthenij Executor, ut vocant, R. D. Müeſel, Sacerdos Secularis, & Principiorum Magiſter, ad aram lateralem è dextra parte Sacrum legentibus P. Mader, Praeſide Congregationis

Confectj novj pannj rubej coloris pro Scamnis, menſis &c.

Minorum, è sinistra Professore Rhetorices. Finito officio circa mediam 9.nam è monte in ordine discessimus, qui erat sequens. Praeibat noster genius cum 2. Ductoribus, sequebantur Stangophorus, et 2. Acolythi. Postea gestabatur Ferculum, quod tamen non in montem, sed tantum usque ad portam urbis Nabburgensis extulere 6. Rhetores rubris pallijs vestiti, remanente, et vigilante interea uno è Sacristanis, ne quid pulveris ~~ab~~ de imagine abraderetur, aut alio modo quid corrumperetur. Vide hac super re plura anno priore p. et prioribus. Consilium cum Praeside, et uno MMdni Socio agmen supplex clausere. Illud instructum erat pro more Supplicationibus p. Reversi sumus in Templum nostrum circa 3.tium quadrantem ad 10.mam. Ibi cantato Salve Regina etc. finis data benedictione cum Sacra impositus.

13.tia Julij.

Conventus ordinarius, et Exhortatio hac die Dominica, quae fuit 8.tava post Pentecosten. Finito Conventu recitatae Lytaniae Lauretanae pro Filia Dni de Schatte, Praefecti in Vehlburg, quae 2. florum fasciculos prope ciborium collocandos Sodalitati nrae legavit.

~~20.ma Julij.~~
20.tima Julij

~~Dominica 9.na post Pentecosten Conventus ordinarius, et Exhortatio.~~

Dominica 9.na post Pentecosten Conventus nullus, quia valde aegrotavit Praeses, et prius hac die nullus fuit habitus ob Processionem Catecheticam, qua non pauci Sodales, praesertim Ministrantes, et Musici Seminaristae, qui post horam primam Lytanias in Templo canere coguntur, solent impediri.

27.tima Julij.

Dominica 10.ma post Pentecosten Conventus ordinarius, et Exhortatio. Data bona Opera, et distributi SS.i Menstrui Patroni.

Mensis Augustus.

Augustus.
3.tia Augusti.

Dominica 11.ma post Pentecosten Conventus nullus ob Processionē in honorem Sancti Ignatij institutam, ob quam plurimi Sodalium impediti.

10.ma

Dominica 12.ma post Pentecosten Conventus ordinarius, in quo dictum à singulis Matutinum cum laudibus ex officio B.mae V.is. Reliquas horas, inchoando à prima usque ad Completorium inclusive, recitarunt Sodales sub Vesperis in Templo, quibus finitis acceptos à Congregatione libellos restituerunt Sacristanis ad januam Templi foris expectantibus. Debuisset quidem pro more hoc Officium, quod tantum semel in anno à me hucusque fuit praescriptum, eo quod fructus Exhortationum mihi visus fuerit continuo major, primum Dominica infra octavam Assumptionis B. V.is recitari; at aegrotavit denuo Praeses, qui

Augustus.

prius postscriptum hoc pietatis opus anticipavit, & in proximam diem Solis, quo peragi debuisset, ejus loco fuit exhortatus.

15.ta Augusti. Hodierna die Veneris, in quam incidit festum DEIPARÆ in Cœlos Assumptæ mane hora 7.tima in Odeo nostro Sacrum cum Musica, quod dixit P. Michaël Moriz, quondam Congregationis nostræ Sujatis Sodalis, & Iunior in Consilio Assistens, cui hoc Sacro accessere singuli Officium Synaxin.

17.tima Augusti. Dominica 13.tia post Pentecosten Conventus ordinarius, & Exhortatio. Moniti sunt, qui libros è Bibliotheca Congregationis acceperunt, eos restituant, & finita Missa ad Scholam Rhetorices deferant.

24.ta Augusti. Dominica 14.ta post Pentecosten Conventus ordinarius, & ~~dat~~ Data bona opera, distributique Sancti Patroni Menstrui pro mense Septembri. Moniti, ut, qui testimonia volunt accipere è Congregatione, in Scheda quadam nomen suum scribant, ne à Patre Præside Tragœdia finali plurimum occupato oblivioni tradantur.

31.ma Augusti. Dominica 15.ta post Pentecosten Conventus ultimus. Apertum diutius stetit Odeum nostrum piis Sodalibus præsertim, qui ultimo Divinæ Matri suæ volebant precibus, animique teneris affectibus valedicere. Recitatæ à singulis alta voce Lytaniæ Lauretanæ pro omnibus Sodalitatis nostræ membris, ejusque Benefactoribus, ut periculoso imminentium vacationum tempore patrocinio B.mæ V.ris ab omni animæ ac corporis detrimento servarentur immunes. Finitis Lytaniis foris in atrio exeuntibus distributi Sancti Menstrui pro mense octobri; non tamen data fuere bona opera.

September.

Mensis September.

7.ma Septembris. Dominica 16.ta post Pentecosten Conventus nullus; quia ea die jam dimissi fuere Discipuli ad vacationes, & Vesperæ jam hora prima in Templo pro more fuerint decantatæ.

Annus novus Scholasticus
Præside Eodem.

October.

Mensis October.

19na octobris. Conventus nullus ob Dedicationem Templi nostri. Neque pars dimidia Sodalium adhuc Ambergæ comparuit.

26.ta ~~Ab~~ octobris. Dominica 23.tia post Pentecosten Primus denuo Conventus, in quo pro more data bona opera, & distributi SS.i Menstrui.

Annus 1766.
November.
2da Ejusdem.

Mensis November.

Dominica 24.ta post Pentecosten, in quam incidit Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, Conventus pro more nullus; eo quod in Templo Nostro jam hora 1.ma decantatæ fuerint Vesperæ solennes, & post has initium sit datum Matutino, & Laudibus ex Officio Defunctorum, re sacra per duas prope horas durante, licet juxta regulas generales Rubricæ tantum Vesperas de Defunctis liceat publice cantare in Templis, si dies sit Dominica, altera vero die primum soleant licite, publiceque decantari Matutinum, & Laudes. Monuit quidem P. Praeses; at pertinaciam errantium nequiit mutare. Legantur, dixit, Merati, Gavantus, Halden p. & ipsa Rubrica in Breviario; at surdis erat fabula. Debuit ergo à Praeside ad valvas scheda affigi, & retractari ea, quæ ante octiduum in supposito hoc errore alioquin Conventum annunciavit.

9na.

Dominica 25.ta post Pentecosten Conventus Ordinarius, in quo juxta morem jam introductum pro Omnibus Sodalibus Defunctis recitatum fuit Officium Defunctorum n in Templo, sed in privato Odeo Mariano, quo objectio facta facile erat dissolvenda. Die Jovis hanc Dominicam jam praecedente cantatæ hora 7.tima in Templo nostro Exequiæ Solennes pro iisdem è Congregatione Defunctis. * Commodata à Nobis Templo 4. argentea, & item 4. fictum argentum referentia candelabra. 8. etiam cerei candidi pro ultimis 4. Altaribus commodati, sed finito officio iterum repetiti.

16.ta

Dominica 26.ta post Pentecosten Conventus, & Exhortatio, ante quam monebantur Sodales de electione Novi Magistratus proximo in Conventu habenda, ac instituenda.

* 13.tia

Festum S. Stanislai celebratum, ut priori anno. In Odeo n cantata Missa mane hora 7.tima, sub qua omnes n impediti accessere sacram Communionem. NB. Monendi serio in annum proximum Sodales, ut officio solenni, quod primum hora 9.na in Tplo Nro decantatur, omnes intersint; Rhetores enim hoc anno soli comparuerunt, non visis Poëtis, neque Syntaxistis Majoribus (Minores enim necdum hoc Tpre sunt Sodales;) qui cum propter absentiam carperentur, responderunt, sibi à suis Magistris licentiam esse datam emanendi ea ex causa,

NB. Festum S. Stanislai

Annus 1766.
November.

quod jam hora 7.tima in Odeo consueto more Sacro per Semihorulam interfuerint, & Concioni in aula. ~~[illegible]~~. Idem factitatum Festo Tituli ante annum; & hoc anno iterum accidisset, nisi sub interminatione pœnitentiæ à P.e Præside fuissent coacti in Officio manere.

23.tia Dominica 27.tima post Pentecosten Conventus ordinarius, in quo electus quoque novus Præfectus Marianus. Omnes tres à Consilio paria vota tulere, singuli nempe octo. Hinc ne videretur Præses partium studiosus, qui votum uni horum trium potuisset dare, ordine Alphabeti secundum nomina fuere propositi; & quidem in medio Antonius Kattan; à parte dextra Georgius Diepolt, à sinistra Fran. Joseph de Franck. Hi duo per vota reliquorum mutarunt clypeos; primus vero, seu Præfectus mansit, ut ante fuit. Finita Congregatione DD.ni Logici valde humiles, ac frequentes in Conventibus humanissime valedixerunt, & proxima Dominica ad Congregationem alteram Dominorum transierunt.

30.ma Dominica Prima Adventus Conventus, cui post data bona opera distributi SS.i Menstrui. Admissi Syntaxistæ Minores.

December

Mensis December.

7.tima. Dominica 2da Adventus. Conventus Nullus ob Festum Titulare, utpote crastina die Lunæ celebrandum.

8.tava Die Lunæ, seu octava hujus celebratum Festum tituli. Omnia eum in morem observata, quæ annis elapso, & ante illum præterito. Missæ Schedæ denunciatoriæ in præcipua Urbis Templa &c. jam ante triduum. 3. libræ Ceræ Virginis datæ Templo Nostro. Convenere omnes ad officium, & Vesperas. Solennis Processio instituta, præeuntibus in nova veste Genio, Staurophoro, 2. Ductoribus, totidem Acolythis successere Cultores cum Scipionibus &c. Officium decantavit ordinarius Templi officiator P. Held à Præside invitatus. Ministri aderant 12/4. ad aram. Levitæ D. Deubenmerckl, & Nob. D. Joscanno, P.is Præsidis Nepos, qui gratis hoc in se officium suscepit, cum alias utrique seorsim medius florenus debet assignari. A prandio media prima usque ad primam Musica extra Odeum in atrio; hanc hora prima excepit Exhortatio, cujus Scopus erat ingens pretium castitatis ad Scientias, & Virtutes opportunissime, à P.e Professore Controversiarum P.e Ignatio Schunck dicta. Qua finita ~~de~~accensis cito Sodalium offerentium cereis, cum aræ formulam bello ordine imponerent, cantata eadem à Discantista.

Annus 1766.
December.

tum publice à Secretario futuro promulgatus prope Aram ex parte Epistolæ, ubi Præses solet exhortari, Magistratus Marianus. Denique decantatus Hymnus Marianus. Reliqua, eaq; plura legere est anno 1765, & 64. NB. Moniti Sodales sub mina pœnitentiæ, ne è rebus sacris emanerent, quæ in Templo hac die haberi solent; etsi enim per horam Comprecationis quivis debuerit interesse geminis Missis ab hora 7.tima usq; ad octavam lectis, n: tn̄ licuit emanere ex officio, Vesperis, ac Lytaniis vel ulli Sodalium. Primam Missam celebravit P. Fidelis Mader, Præses Congregationis Majoris, alteram Præses Minoris.

14.ta * 15.ta Conventus ordinarius, & Exhortatio. Recitatæ sub finem Lytaniæ pro iis, qui se in formulis valde beneficos exhibuere, quos legere est in libro separato, in quo descripti Benefactores. * Missa in die octava celebrata. vide ānj prioris.

21.ma Conventus ordinarius, & Exhortatio. In 25.tam, seu Festum Nativitatis Dñj indicta Sacra Cōmunio, tum à Congregaōe, tum à Gymnasio.

28.va Festo SSorum Innocentum, quod in Dominicam incidit, data bona opera, & distributi S.ti Menstrui, non tamen Syntaxistis Minoribus utpote adhuc Tironibus, qui tn̄ usq; ad finem hujus ānj per duodecim Tyrocinia supra tres quadrantes plerumq; haberi solita fuerint probati. Indicta etm̄ à Legibus Sacra Confessio, & Cōmunio in Festum Circumcisionis, quam & Tyrones peragere debuerant.

NB. Tyrocinia quæ:

Annus 1767.
Mensis Januarius.

Januarius.

4.ta Conventus ordinarius, & Exhortatio. Dicta, & recitata Suffragia pro Congregationibus confœderatis, à quibus illa diversis ex locis submissa obvenerant tam hac, quam reliquis Dominicis prope ad mensem usq; Martium:

7.ma Conventus ordinarius, & Exhortatio. Dicta rursum Suffragia sub finem pro more.

18.va NB. Quot Tyrocinia: Conventus, in quo post habita 24. Tyrocinia suscepti Tyrones. Hi pridie confessionem generalem obierunt, ad quam audiendam heri rogati, & invitati fuere aliquot Confessarii, qui etiam accurate suum munus obiere, mane à media nona usq; ad 10.mam, vesperi ab hora prima usq; ad 4.tam, quo tempore prope omnes absoluti. Habitæ geminis ab Oratoribus breves orationes, quæ prope per semihoram durabant. Tum juxta leges observato ordine à Præfecto Mariano fuere suscepti, à quo pariter post acceptam benedictionem pro more discedentes, dum per finis orationis dyplices in medio stabant, aram

Annus 1767.

Januarius.

acceſſere propius rubj accenſis ante cereis poſt recitatam formulam effectae fuerunt oblationes, in quibus ſe valde liberales præſtiterunt. Erant autem numero 62. His finitis decantatus ex D. Ambroſio Hymnus Euchariſticus.

25.ta Dominica III. poſt Epiphaniam. Conventus ordinarius. Data bona opera, & diſtributj SS.i Menſtruj.

Februarius.

Februarius

1.ma Dom. IV. poſt Epiphan. Conventus ordinarius, & Exhortatio. Indicta in craſtinam diem Sacra Communio.

2.da Hodie, Feſto Purificatæ Virginis mane cum Muſica celebratum Sacrum, quod legit P. Præfectus Gymnaſij Franc. Roſe. Sodales acceſſere poſt Comunionem Sacerdotis S. Synaxin, jam pridie confeſſj ſunt ſub Veſperis in Templo quamplurimj, ad quā pridie peragendam admonebantur, eo quod hoc Feſto magnus ſit Populj concurſus ad Sacra tribunalia propter Feſtum hodie primarium, ac titulare Sodalitatis congregatæ ſub titulo B. V. M.æ Doloroſæ.

8.tava Dom. V. poſt Epiphaniam. Conventus ordinarius, & Exhortatio.

15.ta Dominica Septuageſimæ Conventus, atq; Exhortatio.

22.da Conventus ordinarius. Data bona opera, & diſtributj SS.i Menſtruj. Indicta Comprecatio horaria in proximam diem Lunæ in Templo noſtro per horam pro more obeunda.

Martius.

1.ma Dominica Quinquageſimæ Conventus nullus pro more ob comprecationem, quæ die altera, ſeu 2.da hujus fuit præſcripta Sodalibus.

2.da Ad illam igitur die Lunæ paulo ante 2.am in Gymnaſio convenire ſunt juſſj, ubj ſignatis in albo Mariano ſingulorum Nominibus ordo Proceſſionis in Templum noſtrum ſic fuit inſtructus. 1.o præibat Genius in nova veſte, dein 2.o genij Ductores. 3.o Staurophorus, penes quem 2. Acolythj. Tum incedebant Syntaxiſtæ Mer, & mer, poſtea Poëtæ & Rhetores. Agmen clauſit Collegium Conſultorum cum Præſide, hujusq; Socio Magiſtro Poëſeos. Tam in acceſſu, quam receſſu compulſabantur omnes Ipſj campanæ. Syntaxiſtæ Minores, et majores ſcamna lateralia chorj occupare fuerunt juſſj, in medio autem rubeis Tapetibus inſtrata ſcamna ad genuflexionem per horam ſerviebant Conſilio, & Præſidj. Reliquj, quibus n erat amplius ſpatium, accedere debebant prima ſcamna poſt Aras SS.orum Ignatij, & Xaverij, ut ſic tota turba magis collecta maneret. Per Semi-horam intonabatur à Seminariſtis Muſica. Finita hora compulſatis campanis denuo redibant omnes in ordine ad Gymnaſium.

Annus 1767.
Martius. Ejus Dies 8.va

Dominica prima Quadragesimæ, seu Invocabit Conventus ordinarius, et Enarratio Historiæ Sacræ.

15.ta N.B. Recollectio Triduana.

Hodie à prandio paulo post horam 2.dam convenere Sodales omnes in Odeo, quibus proin, cum et Gramatistæ, et Rudimentistæ admitterentur, assignatus fuit locus, ordo, et spatium debitum. Nempe scamna lateralia, quibus assidet Consilium Marianum, fuerunt omnino semota, et illorum loco è Templo S. Georgij asportata scamna, quæ ibi occupant classium inferiorum Discipuli, ita, ut jam ad pedem Altaris inciperent locari usque ad januam ordinariam Odei. Minor autem prope altare soli patuit Patri Missionario, qui ea aperta statim ascendit pegma. Erectum id fuit ex quatuor scamnis ejusmodi minoribus de Templo, cui superimpositi asseres ex theatro orchestræ; prope altare stabat erecta Crucifixi Imago, quam alias secum habet Missionarius ad instituendas foris Missiones. In inferioribus scamnis, quæ ordinarie spectant ad Congregationem, post Rudimentistas ipse, et Gramatistas, qui ~~ab~~ à Sodalibus divisi erant per spatium viæ, qua ad organum è parte, et ad Altare in medio potuit procedi, collocabantur à dextra parte Syntaxistæ mes, et Rhetores, à sinistra Syntaxistæ mes, et Poëtæ. In scamnis lateralibus post organum soli sedebant Musici, ex altera parte prope januam P. Præses cum Ministrantibus, et Illustribus, alijsque, qui plures venere, etiam ex Collegio Hospitibus, plus curiositatis ergo, ut videbatur, quam devotionis causa venientibus. Hinc nulla per hoc Triduum habita ratio Consultorum, qui cum reliquis scamna schola cujvis assignata occupare sunt jussi. His ita ordinatis prælectum aliquod caput ex Asceta Sacro, quem ipse suppeditavit P. Missionarius Augustinus Nebenkeg. Hic proin paulo post mediam 3.tiam ascendit pegma, dixitque orationem præparatoriam ad hoc Triduum per horam, et ultra, sed prorsus insignem, utpote jam tum plurimis lacrymas ubertim exprimentem. Sequentibus postmodum diebus Lunæ, Martis, et Mercurij hic ordo observatus. Mane 3.tio quadrante ante octavam jussi convenire singuli in Templo S. Georgij, ubi post impertitam Venerabili Sacramento Benedictionem ad Odeum in ordine, et silentio erat ascendendum non per Sacristiam, sed per communem Templi portam ad Odeum ascendentes, exceptis Consultoribus, quibus, quotiescunque Ven.mum è in Odeum, vel ex Odeo portaretur, dati sunt cerei à Congregatione, qui proin illud quoque devote sunt comitati tam in ingressu, quam recessu per aulam, et atrium Collegij. Idem ordo observatus hora decima, et hora à prandio hora 4.ta, dum denuo in Templum referebatur; non enim ab hora decima usque ad 2dam pomeridianam mansit expositum, tum ut sumptibus per ceram faciendis parceretur, tum cum illud Odeum valde à locis publicis separatum foret raro, aut nunquam fuisset visitatum. Ceterum semper Sacra fuit data Benedictio in Templo, et in Odeo, adeo, ut ante prandium quatuor, et totidem à prandio vicibus impertiretur. Concionum autem is fuit ordo: prima semper initium habuit hora octava, qua finita Caena fuit lectum in Odeo. Prima die legit illud P. Daxsperger, Missionarius [illegible], 2da P. Mederer, Præfect. gymnasij, et olim Congregationis nostræ Præfectus, 3.tia die P. Lustner Prof. Syntax. mis, qui pariter

16.ta 17.ma et 18.va

olim nostræ Sodalitatis egit Præfectum. Finito Sacro altera Concio fuit habita. A prandio autem tempus inter utramque parænesin intermedium servijt Sacræ Cantilenæ, quam P. Missionarius expeditavit; tunc recitatæ Lytaniæ Lauretanæ. Nunc autem sub Sacro statim ad initium dicta fuere à singulis, preces præeunte Præfecto Mariano, 7.tem Pater, et Ave: tunc recitatæ Lytaniæ de SS.mo Nomine JESU. Post Elevationem devota cantabatur cantilena. Interim quod alia ad hoc Triduum præscripta à P. Præside monita attinet, asservantur in relationis ipsis, quæ à compluribus Præsidibus per modum Instructionis relicta fuere in theca quadam separata, quæ ipsa ante Recollectionem cujuslibet classis Discipulis in schola à Professoribus prælecta, et explicata fuere. Quod attinet fructum, is plane quod plerosque fuit maximus, quem plurimum promovit ipsa omnium Professorum Gymnasij continua præsentia. Plurimæ à plurimis Confessiones, ut vocant, generales depositæ, quæ apud P. Missionarium, qui jam à summo mane in Odeo sellæ cuidam prope portam insidens usque ad nocturnam [illegible] primo excepit Confessiones aliquot Sodalium, quos et alij Patres excipere sunt dignati per hocce triduum.

19.na Hodie, seu Festo S. Joseph mane 3.tio quadrante ad octavam horæ denuo convenere in Odeo, ubi Sacrum à P. Præside Congregationis lectum, et distributa Sacra Synaxis, ad quam rite adeundam Pater Missionarius alta voce præivit eliciendo actus consuetos Theologicos, quos et reliqui eodem modo alta voce dicentes, uti formulam Marianam dicentis vocem insequuntur, eliciunt. Finito Sacro iterum accensis Cereis, quos Consilium gestabat comitans Præsidem, Ciborium deportatum in Templum.

22.da Dominica Oculi Conventus ordinarius, et enarrata Historia Sacra.

25.ta Festo Annunciationis B. V. Mariæ utpote Festo Titulari Congregationis DD. nostrorum, ac Civium non in nostro Odeo, sed in aula Gymnasij hora 7.ima Sacrum fuit celebratum cum Musica, quam, cum Musici debeant hac die inferiori Congregationi alteri, non possunt nostri Sodales nostro in Odeo instruere, quin videretur Ara contra Aram exstrui, si in Odeo nostro Sacrum celebraretur. Porro in aula Sacrum hoc tempore Hospes legit P. Rector, ipsisque Sodalibus pro more plurium annorum S. Synaxin distribuit, uti et non paucis è Congregatione DD. et Civium, alijsque externis, qui libenter conveniunt.

29.na Dominica Lætare, seu ultima hujus Mensis Conventus, cui pro more distributi Sancti Menstrui post data bona opera.

Aprilis.

Mensis Aprilis.

5.ta Dominica Passionis, seu Judica Conventus ordinarius, et enarrata Sacra Historia.

10.ma Festo 7.tem Dolorum Missa media 10.ma pro more, sub eo canebatur Planctus Marianus. Accessere invitati ex Collegio Patres, è quibus [illegible] legit Sacrum P. Mathias Wurzer, Prof. Theol. Moralis. Adesse dignatus est ipse R.dus P. Rector Joseph Schwarz.

12.ma Dominica Palmarum pro more Conventus nullus.

Aprilis. 18.va Sabbato Sancto. Cùm jam præparata essent Fercula, et cetera alijs pro annis communia ordinata, à prandio ingruit tempestas pluvijs una ac nivibus turbulenta, quæ proin Processionem publicam impedivit. Quapropter ordinante ita R. P. Rectore solum in Nostrum Templum Sodales ivêre: recitatæ in eo consuetæ preces pro lucrandis Indulgentijs præscriptæ, et cantatus à Musicis Planctus Marianus.

19. na Dominica Paschatis pro More Conventus Nullus.

26.ta Dominica in Albis Conventus Ordinarius. Data bona opera, et distributi Sti Menstrui.

Mensis Majus.

3.tia Maij. Dom. II. post Pascha Conventus Ordinarius, et Exhortatio.

10. na Dom. III. post Pascha Conventus, et Exhortatio. Commendata singulis sex Dominicarum devotio in honorem S. Aloysij. Distributæ singulis Sodalibus Imagines B. V. Matris Nostræ recens et gratis à Typographo recusæ.

17.tima Dom. IV. post Pascha. Conventus, simulque Electio novi Magistratus Mariani pro æstivo tempore. In medio propositus Baron. Maximil. Joseph. de Franck à Peßering, et Hohen-Kemnath. E parte dextra in Assistentem Stephanus Holzwercker; è parte sinistra delectus Joann. Bapt. Wendl. Horum hi uterque fulti à Sodalitate calculis clypeos mutare sunt jussi.

24.ta Dom. V. post Pascha. Conventus. Data bona opera, et distributi Sti Menstrui. Indicta Communio in proximam diem Jovis, qua celebratum Festum Ascensionis Dni.

31. ma Promulgatio Magistratus Mariani instituta in theatro Orchestræ, ut vocant. Scopus Dramatis erat Malæ libidinis fructus pessimi.

JUNIUS.

1.ma Junij. Hodie hesternum Drama pro More fuit exhibitum secundo. Ægre id tulit R. P. Rector, licet ante à me rogatus, et præmonitus; qui tamen iteratis plurimis vicibus Rdo Præsidi novum hunc Morem introductum objecit, dictitans, hunc in posterum esse abrogandum, proindeque Promulgationem pridie, seu Sabbathi die semper instituendam esse. Certe Rdm Præsidem quod attinet, ille neutiquam suo pro arbitrio hanc diem scilicet Lunæ selegit, sed ei mori institit, qui in hoc diario complures per annos fuit deprehensus, ubi etiam in alijs passim locis, v.g. Ingolstadij anno 1755, Landsbergæ, Dilingæ, Halæ in Tiroli, Oenoponti, Eystadij, Burghusij, Rottenburgi, Lucernæ, Solodorj, Ratisbonæ, Straubingæ eundem Morem observari notaverit. At fiat voluntas Superiorum: utique hoc executioni vel ad nutum data fuisset; perinde enim est Præsidi, sive die Sabbathi, sive Dominica, sive Lunæ, sive demum alia die instruat Scenam, quantumvis dies Sabbathi minus opportuna videatur propter Musicos, qui et ad Lytanias in

Annus 1767.
Mensis Junius.

Templo Nostro, & pariter ad Musicam Dramatis adornandam convenire debet. Verum, cum nemo praemonuerit, Praeses licentiam rogarit, more jam ab aliquot annis vel bene, vel male (: quod me examinare non attinet :) assueto, & observato institerit, utique nil culpandum. Interim R. P. Rector Diario inseri, & inscribi voluit, suam esse voluntatem, in posterum Sanctissime observandam, ut die Sabbati, seu pridie Dominicae exhibeatur Promulgatio.

7.tima. Dominica Pentecostes Conventus nullus pro more, in quam tamen singulis Sodalibus vi Regulae 3.tiae indicta Confessio, & Communio.

14.ta Dominica Trinitatis Conventus Ordinarius, & Exhortatio. Indicta sacra Confessio, & Communio in Proximam diem Dominicam, relicta libertate etiam Sacram Synaxin adeundi proxima die Jovis, in quam inciderat Festum SS.mi Corporis Xti.

21.ma Dominica II. post Pentecosten, in quam incidit Festum S. Aloysij Gonzagae, in Templo à Sodalibus obita Sacra Communio. Missa enim quae in Sodalitio haberi solet Dominica infra Octavam hujus Festi, hoc anno debuisset haberi ipso Festo, quo tamen ante Prandium media nona Concio in Aula, & hora nona officium cantari solet; proindeque res sacra per totum prope Tempus Matutinum debuisset haberi. Hinc consultius ductum, ut Sodalium devotio in diem octavam Festi differretur, cum & à prandio Conventus, & Panegyris in Sancti Honorem fuerit habita, & postmodum solenniores etiam, longioresque Vesperae in Templo sint decantatae.

28.tava Dom. III. post Pentecosten. Mane hora 7.tima Sacrum in Odeo Mariano, quod dixit P. Franc. Förg Praefectus Spiritus. Sub eo Recitatum pro more Rosarium, Lytaniae, & Formula de Sancto Aloysio, Patrono Secundario Congregationis nostrae. Sacra omnibus Sodalibus sub finem Missae distributa Synaxis, ad quam nec Festo S. Joann. Baptistae ante 4.tuor dies, seu 24.ta hujus celebrato, nec cras, nempe Festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, adigebantur Sodales, licet Regula 3.tia gemino hoc Festo Eamdem praescribat, eo quod nimis frequenter ad eam obeundam fuissent obligati. Qua in re utique dispensari potest vi ipsarum regularum pro diversitate loci, aut temporis mutabilium. A Prandio dantibus bona opera distributae Imagines SSorum Menstruorum.

Julius.

2.da Julij. Festo Visitationis B. V. MARIAE mane hora 7.tima Sacrum cum Musica. Praescripta Sodalibus Sacra Confessio, & Communio. Legit Sacrum P. Praefectus Gymnasij.

5.ta Dominica IV. post Pentecosten Conventus Ordinarius, & Exhortatio. Recta Poenitentia cum ijs, qui die octava Sancti Aloysij in Sacro Matutino desidenti;

fuerint, tum ijs, qui in eodem mane Festo Visitationis B. V. M.æ defuerunt. His mandatum, ut proxima die Dominica in Templo mane convenirent, datisque antea schedis, peracta Confessionis testibus, Sacram Synaxin adirent: illis vero præscriptum, ut ad aram Sancti Aloysij post finitas Vesperas per semihoram orarent, quarum altera & eisdem mane jam fuit obeunda.

9na. Peregrinatio in Montem &c.
12.ma

Dom. V. post Pentecosten. Conventus ordinarius, & Exhortatio. Nona hujus, quæ incidit in diem Jovis, & proin octavam in diem Festi B. V.is S. Elisabetham visitantis instituta Processio à sola Sodalitate nostra in Montem Marianum, in quem altera Major suam Supplicationem instituit jam die Martis, id est, 7.tima hujus Mensis. Longe consultius est, si, ut compluribus alijs annis factitatum, nostra Congregatio n̄ se jungat Civicæ, sed separatim hanc Supplicationem instituat; quia Templum Montis sic omnes nostros Sodales facilius capit, major est fervor, devotio, pietas, & etiam auctoritas; propterea cum duobus sat splendidis ferculis ornata per urbem incedat, quod n̄ facit Congregatio Major; sumptus vero à Nobis faciendi haud adeo sunt magni &c. Plures rationes videre, & legere est annis abhinc duobus à me annotatas. Ceterum in itu, et reditu recitatum Rosarium, à Musicis cantatæ Lytaniæ &c. Ordo observatus, item reditus in Templum nostrum, et coronis sacræ devotioni imposita eadem, & modo eodem, qui ante biennium observatus.

19.na
Dominica VI. post Pentecosten Conventus Ordinarius, & Exhortatio.

26.ta
Dominica VII. post Pentecosten Conventus Ordinarius. Data bona opera: distributi postmodum S.i Menstrui.

Augustus.

2da
Dominica VIII. ob Supplicationem solennem in S. P. N. Honorem institutam nullus pro more Conventus, qui tamen sub conditione fuit indictus, si Tempestas nimium faverit.

9na.
Dominica IX. post Pentecosten. Conventus, in quo pro more recitatum fuit Officium Defunctorum pro omnibus Sodalibus defunctis, confœderatis, & per annum pro diversitate locorum ut submissis, ita annuntiatis, pro quibus semel per annū id semper est dicendum.

15ta
Festo Assumptionis B. V.is MARIÆ, quod anno hoc in diem Sabbati incidit, mane hora 7.ima Sacrum in Odeo nostro cum Musica. Adiere præscriptam Sacram Confessionem, & Cōmunionem Sodales oēs; exceptis aliquot Seminaristis, qui hac eadem hora in aula Gymnasij ad Musicam à Congregatione Civica institutam comparere debuerunt. NB. Multæ lites jam à 5. annis propter hanc Cōmunionem fuerunt ortæ, eo quod hac die jam ab antiquissimo tempore Sacra Confessio, & Cōmunio hora nona in Templo Nostro sub officio solenni peragenda à Gymnasio, juxta ac Lyceo fuerit præscripta. Cum autem Major Congregatio ante annos sex, vel septem circiter primum pro secundario Festo suo hanc diem, d.næ

Annus 1767.
Menſis Auguſtus.

Virgini in Cœlos Aſſumptæ ſacram elegerit, princeps hora 7.tima mane Sodalibus ſuis ſacram pro More Synaxin diſtribuat, pariter juvat ad eam adeundam ſuos Sodales Lyceiſtas, utpote qui magnam eorum partem conficiunt. Verum cum hi ſæpenumero vel in Templo nonniſi coacti comparent, & in ordine, ad quem ibidem melius attendi poteſt, ii pauci quandoque deſiderentur, minus ſperandum eſt, quod in Congregatione magis ſint accurati &c. Ego, ut evitarem qualecunque incommodum, & hoc, & præcedentibus annis præmonui Rem Præfectum, & interrogavi, utrum velit quatuor haſce Scholas, quas noſtra complectitur Congregatio, in ordine hora 7.ma ad ſacram Synaxin in Templo ſub officio adeundam convenire, nec ne. Et ſic ab omni cura liber, cum Regulis gymnaſii facile ceſſiſſem, inſtitui ſacrum etiam hoc anno, uti prioribus, in Odeo noſtro, quod legit Rdus D. Dakavo. Ciborium finita Miſſa fuit in Templum more ſolito deportatum.

16.ta Conventus ordinarius, in quo more conſueto in Honorem DEIPARÆ à Singulis recitatum Officium Majus cum uno Nocturno; ſi enim cum tribus recitetur, haud poterit abſolvi; eo quod cum & reliquas horas poſt unum Nocturnum recitaſſemus, paulo ante Secundam primum finitum fuerit totum Officium.

23.tia Conventus ordinarius. Data bona opera, & diſtributi SSi Menſtrui pro Menſe Septembri. Moniti Sodales, ut libros à Bibliotheca Congregationis per annum acceptos reſtituant &c.

30.ma Conventus ordinarius, in quo ſine datis bonis operibus diſtributæ Sodalibus fuerunt Imagines SSorum Menſtruorum pro Menſe Octobri. Valedictum Divinæ Matri, recitatæ preces Lytaneuticæ &c.

September.

6.ta Septembris. Dominica 13.tia poſt Pentecoſten, Conventus nullus, eo quod hora prima jam decantatæ in Templo fuerint Veſperæ, & dimiſſi Diſcipuli.

October.

Annus novus Scholaſticus
Præſide P. Raymundo Bellosier.

25.ta Octobr. Dominica 20ma poſt Pentec. Conventus nullus ob encoenia templi noſtri.

November

1ma Nov. Dominica 21ma. Nullus conventus, quia hora 2da Veſperæ in noſtro templo.

5ta. Nov. ~~Dies~~ Exequiæ pro defunctis utriusque Congregationis

Praeses sacrum dixit in ara S. Franc. Xav. ceterum
Congregatio nostra nullam fert partem sumptuum. 8va Nov
Dominica 22da Conventus, in quo recitatum fuit
officium defunctorum. instituta etiam nova
electio Magistratus Mariani. moniti prius Con-
sultores, ut media 4ta convenirent, quod
factum ab omnibus. ad Praefecti munus designa-
ti fuit: in medio Casparus Wittmann. a dextris
Antonius Reinfeldt. a sinistris Georgius Sigerth
primus tulit suffragia 82. alter 27. 3tius
35. Indicta etiam confessio et cōmunio festo
S. Stanislai. 13tia Nov.
Festum S. Stanislai Patroni 2darii. Nullum
in odeo Mariano sacrum more aliorum annorum
usque ad annum 1763. sed moniti sodales, ut sub
officio in nostro templo accederent ad S. synaxin. 15ta Nov
Dominica 23tia Conventus, in quo promulga-
tus est novus Magistratus Marianus more consueto.
22da Nov
Dominica ultima Conventus, exhortatio. 29na Nov.
Dominica prima Adventus Conventus, in quo
data bona opera, et distributi SS. Patroni menstrui.

December 1ma Decembr

Datum initium habendis tirociniis. 6ta Decembr
Dominica 2da Adventus nullus Conventus
propter festum tituli proximo die Martis

1767 et 68

December

8va Decembr	Feſtum Titulare. Obſervata omnia aliis annis comunia. hora 1ma ferventiſſime Sodales exhortatus eſt Concionator templi noſtri P. Clemens Helbing.
13 Decembr	Dominica 3tia Conventus, in quo per modum exhortationis explicatae fuerunt regulae Sodalium.
20ma Decembr	Dominica quarta conventus, exhortatio.
27ma Decembr	Dominica infra Nativitatem Conventus, data bona opera, et diſtributi SS menſtrui.

17 Januarius 68

3tia Januarii	Dominica vacans. Conventus ordinarius, exhortatio.
10ma Jan.	Dominica 1ma poſt Epiphaniam. Conventus, exhortatio. moniti Sodales, ut in aſcenſu per ſcalas ad Odeum ſilentium accuratius obſervarent.
17ma Jan.	~~Dominica~~ Dominica 2da. Conventus, in quo praemiſſa brevi exhortatione ſuſcepti fuere tirones Mariani per tredecim ante tirocinia inſtructi. poſt ſuſceptionem decantatus hymnus Ambroſianus
24ta Jan.	Dominica 3tia. Conventus, Exhortatio, lecta ſuffragia defunctorum ex aliis Congregationibus et ad finem, perſolutae conſuetae preces.
31 Jan.	Dominica Septuageſimae. Conventus. data bona opera, diſtributi SS Patroni menſtrui.

Februarius

Feſtum Purificationis B.V.M. Hora 7ma Sacrum 2da Febr

in Odeo inter concentus muſicos, et ſub eo Comunio. 7ma Febr.

Dominica Sexageſimae Conventus, exhortatio,

ad finem dictae litaniae pro benefactore quodam 14 Febr.

Dominica Quinquageſ. nullus pro more conv^t^us. 15 Febr.

Feria 2da. Hora 2da in ordine praeeunte

Genio et ductoribus proceſſimus e Gymnaſio ad

templum et horam comprecationis. 21 Febr.

Dominica Quadrag. Conventus, enarrata 28 Febr.

hiſtoria ſacra.

Dominica 2da conventus, data bona opera,

diſtributi SS. Menſtrui.

Martius

6ta Martii

Dominica 3tia. Conventus, enarrata hiſtoria ſacra.

Dominica 4ta Conventus nullus ob Promulga- 13tia Martii

tionem Congregat. Majoris, ad quam invitati Sodales,

ab humaniſſimo P. Praeſide. 20ma Martii

Dominica Judica. Conventus: in quo diſtributi

SS Patroni menſtrui. 25ta Martii

Feſtum Matris doloroſae. omnia ut aliis annis. 27ma Martii

Dominica palmarum Nullus pro more conventus. 2da Aprilis

Aprilis

Sabbato Sancto Proceſſimus more conſueto

ad viſitanda Cenotaphia Domini cum Sodalibus

majoris Congregationis

1768	17 Aprilis 68
3tia Aprilis	Dominica Reſurrectionis. Nullus pro more ꝯntꝰ
10ma Aprilis	Dominica 1ma Conventus, exhortatio dein electio novi Magiſtratus. Lecta pœnitentia cuidam Rhetori ob abſentiam a conventu ultimo menſis prioris. Ad Praefecti munus deſignati ſunt Antonius Reinfels in medio. a dextris Ignatius Heldman, a ſiniſtris Georg Sigerth. Primus ſolus fere omnia tulit nimirum centum quadraginta octo.
17ma Aprilis	Dominica 2da. Conventus loco exhibitum Drama Marianum. cui praemiſſa Promulgatio Magiſtratus.
18va Aprilis	Altera die repoſitum Drama.
24ta Aprilis	Dominica 3tia, Nullus pro more conventꝰ ob feſtum Tituli in noſtro templo. S.S. Patroni menſtrui privatim diſtributi.
	Majus
1ma Maij	Dominica 4ta. Conventus, explicatae regulae.
8va Maij	Dominica 5ta Conventus, exhortatio.
15ta Maij	Dominica 6ta Conventus, exhortatio
22da Maij	Feſtum Pentecoſtes. Nullus pro more Conventus.

1768 213

Dominica Trinitatis. Conventus, data bona opera, distributi SS. Patroni menstrui. lecta poenitentia Praenobili cuidam Rhetori et Syntaxistae M. quod prohibita conventicula adierint, item duobꝫ Poëtis, qui artem suam musicam nocturnis choreis cōmodarent. — 29ña Maii

5ta Junii

Junius

Dominica 2da post Trinitatem. Conventus, Exhortatio. — 12 Junii

Dominica 3tia, Conventus, in quo recitatum officium defunctorum pro Sodalibus ex Congregationibꝫ confoederatis. — 19 Junii

Dominica quarta. Conventus, exhortatio — 26 Junii

Dominica 5ta. Conventus, data bona opera, distributi SS menstrui. — 2da Julii

Julius

Festum visitationis B.V.M. Hora 7ma sacrum in odeo Mariano, et cōmunio. — 3tia Julii

Dominica 6ta. Conventus, exhortatio, lecta poenitentia nobili cuidam Rhetori propter nocturnas evagationes. — 5ta Julii

Die Martis instituta peregrinatio pia in montem Marianum more aliorum annorum.

1768 17 Julius 68

10ma Julii	Dominica 7ma Conventus, Exhortatio.
17ma Julii	Dominica 8va Conventus, Exhortatio
27ma Julii	Dominica 9na Conventus, data bona opera, diſtributi SS Patroni menſtrui. Lecta poenitentia quibusdam Syntaxiſtis majoribus, qui bis deprehenſi fuere nulla dediſſe bona opera.
31 Julii	Dominica 10ma Nullus Conventus propter feſtum S. P. N.
	Auguſtus
7ma Auguſti	Dominica 11ma Nullus Conventus propter Proceſſionem in honorem S. P. N.
14ta Auguſti	Dominica 12ma Conventus, Exhortatio.
15ta Auguſti	Feſtum Virginis aſſumptae Mane h 7 Sacrum in odeo Mariano ſine cantu ob feſtum Patronii Congregat. majoris.
21 Auguſti	Dominica 13tia Conventus, exhortatio
28 Auguſti	Dominica 14ta Conventus, ordinarius diſtributi SS Patroni menſtrui poſt brevem exhortationem et data monita tempore vacationum a Sodalibus obſervanda. NB. nomina eorum qui cum teſtimoniis diſceſſere habentur in peculiari catalogo.

17 October 68

Annus novus Scholaſticus
Praeſide eodem.

23tia Octobris

Dominica 22da. Nullus conventus ob encoenia templi noſtri.

30ma octobr.

Dominica 23tia. Primus conventus, in quo data bona opera, diſtributi SS menſtrui et inſtituta electio novi Magiſtratus M. ad Praefecti munus deſignati ſunt in medio Praen. Anton. de Niller, Michaël Stockner a dextris, D. L. B. de Wildenau a ſiniſtris. primus tulit ſuffragia 73, alter 44, 3tius demum 24. promulgati item ſunt Sodales quinq;, qui ex aliis Congregationibus ad noſtram admiſſi ſunt.

November

6ta Nov.

Dominica 24ta. Conventus, in quo recitatum officium defunctorum.

13tia Nov.

Dominica 25ta. Conventus. Promulgatio novi Magiſtratus. hymnus Ambroſianus.

20ma Nov

Dominica 26ta. Conventus. Exhortatio admiſſi etiam tirones.

21ma Nov.

Feſtum Virginis praeſentatae. Hora 7ma Sacrum in odeo.

1768

27ma Nov.	Dominica 1ma Adventus. Conventus, distributi SS Patroni menstrui et data bona opera.

December

4ta Decembr.	Dominica 2da Adventus. Conventus, exhortatio.
8va Decembr	Festum Titulare. Omnia ut aliis annis, exhortationem habuit R. P. Professor SS. can. P. Ignatius Stahl ad hoc invitatus.
11ma Decembr	Dominica 3tia Advent. Nullus conventus ob praecedens festum tituli.
18va Decembr	Dominica 4ta Adventus. Conventus, data bona opera, distributi SS Patroni menstrui.
25ta Decembr.	Nativitas Domini. Nullus pro more Conven

17 Annus 69

1ma Januarii	Circumcisio Domini. Nullus pro more conventus.
8va Jan.	Dominica 1ma post Epiphaniam. Conventus, exhortatio.
15ta Jan.	Dominica 2da. Conventus, in quo tirones post exhortationem suscepti sunt. habitae ab oratoribus breves oratiunculae more consueto.
22da Jan.	Dominica Septuagesimae. Conventus, exhortatio.

1769

Dominica Sexag. Conventus. data bona 29na Jan.
opera et distributi SS Patroni Menstrui.
lecta etiam duobus Syntaxistis poenitentia,
quod se non excusarint de absentia in priore
conventu. 5ta Februarii

Februarius

Dominica Quinquag. Nullus pro more conventus 6ta Febr
Die vero lunae a prandio hora 2da comprecatio 12ma Febr.
Dominica 1ma Quadrag. Conventus, enarra- ~~26ta Febr~~
ta historia sacra. 19na Febr
Dominica 2da Quadrag. conventus, ~~distributi~~
~~SS. Menstrui, data bona opera~~. enarrata
historia. 26ta Febr.
Dominica 3tia Quadrag. Conventus, di-
stributi S.S. Menstrui. data bona opera.

Martius.

Dominica quarta Quadrag. Nullus conventus, 5ta Martii
quia Congregatio major promulgavit Magi-
stratum suum dato dramate, ad quod nostra 12ma Martii
Sodalitas fuit invitata.
Dominica 5ta. Nullus conventus ob festum
titulare Congregationis de bona morte, simul
etiam, quia Praeses fuit socius Missionarii Castellensis. 19na Mart.
Dominica palmarum. Nullus pro more con-
ventus. 26ta Martii
Festum Paschatis. Nullus pro more con-
ventus. SS. Menstrui privatim distributi.
NB Festum Matris dolorosae 17 Martii, et processio
Sabbatho Sancto 25 Martii more consueto peracta.

1769

Aprilis

2da Aprilis. Dominica 1ma poſt Paſcha. Conventus, et praemiſſa electione, ad quam faciendam tertio quadrante ad primam, ut moniti fuerant, comparebant conſultores, exhortatio. Ad Praefecti autem munus deſignati ſunt, in medio Chriſtophorus Lang, Ignatius Stockner, Thomas Leinberger. primus tulit ſuffragia 93. alter 35, 3tius, 31.

9na Aprilis. Dominica 2da. Conventus loco exhibitum Drama Marianum praemiſſa prius more conſueto promulgatione novi Magiſtratus Mariani.

10ma Aprilis. Die Lunae. Denuo exhibitum Drama.

16ta Aprilis. Dominica 3tia. Conventus, exhortatio de utilitate, et neceſſitate obſervandi leges Marianas

23 Aprilis. Dominica 4ta. Conventus, exhortatio.

30 Aprilis Dominica 5ta. Conventus, in quo diſtributi SS Patroni menſtrui, data etiam bona opera.

Majus

7ma Maji Dominica 6ta. Conventus, exhortatio. lecta tribus poetis poenitentia propter violatum silentium ante conventum.

14ta Maji Feſtum Pentecoſtes. Nullus pro more convent

1769	
Dominica 1ma poſt Pentecoſten ſeu feſtum Trinit. Conventus, exhortatio.	21 Maii
Dominica 2da. Conventus, data bona opera, et diſtributi SS Patroni menſtrui.	28 Maij
Dominica 3tia. Conventus, exhortatio	4ta Junii
Dominica 4ta. Conventus, exhortatio	11ma Junii
Dominica 5ta. Conventus, exhortatio.	18va Junii
Dominica 6ta. Conventus, in quo diſtributi SS Menſtrui	25ta Junii
Dominica 7ma. feſtum B. V. Eliſabetham viſitantis Mane hora 7ma ſacrum decantatum in Oeco Mariano, ſub eo Comūnio praeſcripta. a prandio Conventus, in quo recitatum officium Majus Bmae Virginis.	2da Julii
Die Martis, inſtituta proceſſio in Montem Marianum eo, quo ſuperiore anno, modo ac ordine.	4ta Julii
Dominica octava. Conventus, exhortatio.	9na Julii
Dominica 9na. Conventus, exhortatio.	16ta Julii
Dominica 10ma. Conventus, exhortatio. lecta etiam duobus Syntaxiſtis poenitentia, quod ſe non excuſarint debito tempore de abſentia a Conventu.	23 Julii
Dominica 11ma. Conventus, in quo recitatum officium defunctorum pro defunctis ex Sodalitatibus Confoederatis. poſtmodum diſtributi SS menſtrui.	30 Julii

1769

17 Auguſtus 69

6ta Auguſti: Dominica 12ma. Conventus, exhortatio, quia non amplius inſtituta eſt proceſſio ſolennis cum Ferculis in honorem S. P. N.

13tia Auguſti Dominica 13tia. Conventus, exhortatio.

20ma Auguſti Dominica 14ta. Conventus, exhortatio.

27ma Auguſti: Dominica 15ta. Conventus, ~~in quo data bona opera et diſtributi SS. Menſtrui~~ [illegible], in quo data bona opera et diſtributi SS. Patroni Menſtrui.

September

3tia Septebr Dominica 16ta. Conventus ultimus, exhortatio de iis, quae Sodali tempore vacationum maxime obſervanda, poſtea data bona propoſita, et diſtributi SS. Patroni Menſtrui.

October

Annus novus Scholaſticus Praeſide eodem.

22da Octobr. Dominica 23tia Nullus pro more conventus propter encaenia templi noſtri.

25ta octobr ✝ Die Mercurii. Lectum in ara ſumma templi noſtri ſacrum, et ſub eo a Magiſtro Rud. recitatum roſarium pro defuncto dilecto Sodali noſtro Praenobili de Groſſhauſer Syntaxiſta, qui 19na Septembris ex variolis obiit. Inviſit ad illum morti [illegible] pene proximum Praeſes, praeivitque formulam Marianam, piaque ſuggeſſis eum optime diſpoſit.

17 October 69

Funus poſtridie elatum eſt a Sodalibus, qui tum aderant in urbe, praecedente genio nigro peplo obtecto cum duobus Ductoribus, ſex alii pullo habitu faces geſtabant. Sumptus omnes funeris in ſe recepit nobilis Domina Schwarzin, apud quam in convictu fuerat. Fuit adoleſcens maximae ſpei, et unicus parentum filius. Primus inter condiſcipulos ſuos, et duobus praemiis ex ſcriptionibus donatus. ob ſummam morum integritatem ac ſuavitatem carus omnibus, itaque funus ejus incredibilis civium frequentia et magna nobilitatis pars cohoneſtavit. Praeſes ipſe intereſſe non potuit, quia eo tempore ſacris exercitiis vacabat.

29 octob.

Dominica 24ta. Primus conventus, in quo inſtituta novi Magiſtratus electio, de qua per affixam ſchedam praemoniti Sodales, poſtmodum recitatum officium defunctorum pro eodem Sodali noſtro Praen. Franciſco de Groſshauſer. SS Patroni menſtrui privatim diſtributi. ad Praefecti autem munus deſignati ſunt: in medio nob. Ignat. Rheinl. Leonard. Stigler, et Martin. Graef. vicit ſuffragiorum numero reliquos nob. Ignat. Rheinl.

November

5ta Nov.

Dom. 25ta Conventus, in quo more ubique recepto recitatum eſt officium defunctorum pro oibq fidelibus

6ta Nov.

Die Lunae, exſequiae univerſales utriusque Congregationis. Legit Praeſes in ara S. Xaverii, ſuppeditavit etiam cereos octo, quos rurſum recepit.

17 November 69

12 Nov. Dominica 26ta. Conventus, Promulgatio novi Magiſtratus, cui ſubjuncta brevis exhortatio

19 Nov Dominica 27ma. Conventus, exhortatio, ad quam etiam admiſſi tirones

21 Nov Feſtum Virginis Praeſentatae. Hora 7ma Sacrum in odeo Mariano, non autem praeſcripta communio propter inſequens feſtum S. Catharinae.

26ta Nov Dominica 28va Conventus, diſtributi SS Patroni menſtrui, et data bona opera.

December.

3tia Decemb Dominica 1ma adventus Nullus Conventus poſt feſtum S. Franciſci Xaverii.

8va Decemb Feſtum immaculatae Conceptionis et titulare Congreg. omnia, ut aliis annis. exhortationem habuit P. Clemens Helbling concionator templi.

10 Decembr Dominica 2da Conventus, quia ante feſtum titulare fuit omiſſus, explicatae regulae per modum exhortationis.

17 decemb. Dominica 3tia, Conventus. Exhortatio

24 Decb Dominica 4ta Conventus Exhortatio.

31 Decb Dominica vacans. Conventus, in quo diſtributi SS. Patroni menſtrui, et data bona opera.

petm
Cua
eſta
en

Annum eſs.
ticto Cit
rote . b
te eſse
anima

Quod igitur Deus ter optimus Maximus ad majorem Nominis ſui Gloriam, et almæ Congregationis hujus Incrementum feliciter evenire jubeat, plurimorum Sodalium Suffragiis in Præfectum electus eſt

Joſephus Daubenmerkl. Sem.

Aſsiſtentes

Jacobus Keith. Sem.
Johannes Baptiſta Winkler.

Secretarius.

Gabriel Ziegler

Conſultores. Rhetores IIdi anni.

Caſparus Vogt. Sem.
Michael Gotthard. Sem.
Joſephus de Weichmann.
Fridericus Gemingen de Maſſenbach.
Wolfgangus Weſtermayer. Sem.
Carolus Joſephus de Weiſs.

Rhetores Imi Anni.

Wolfgangus Koeſtler. Sem.
Chriſtophorus Mændl.
Joſephus Loſch.
Wolfgangus Kurz

Josephus de Weiss.
Andreas Ratzer.

P..

Praefectus Musicae.
Casparus Vogt. Sem.
Bibliothecarius.
Georgius Ellerstorfer.
Lectores.
Andreas Kraus. Rhet. ~~in~~ secundi anni.
Oswaldus Dorner. Rhet Imi anni.
Paulus Spanl. Sem. Gram. IIdi anni.
Albi mariani Curatores.
Paulus Paffinger. Rhet. IIdi anni.
Michael Hermann. Sem. Rhet Imi anni.
Franciscus Proels Gram. IIdi anni.
Antonius Bruller Gram. Imi anni.
Sacristani.
Bartholomaeus Precht. Rhet. IIdi anni.
Michael Steiner. Rhet. IIdi anni.
Laurentius Thumser. Rhet. Imi anni.

Omnia ad majorem Dei, Deiparaeque Virginis sine labe conceptae honorem et Gloriam.

§ 32.

November 6

12 Nov. romulgatio
brevis exhor-

19 Nov xhortatio, ad

21 Nov rmā Sacrum
raeſcripta comun.
Catharinae .

26ta Nov iſtributi SS
opera .


0
5
10
20
30
40
50mm
2
3
4
5
6
1
-2
-1
30°
BSB Bayerische StaatsBibliothek
© 2009 digitalfoto-trainer.de
60mm

3tia Dec lus Conventus

6ta Decen t titulare Congreg

nem habuit P.
li
nte feſtum titu-
per modum exhor-

10 Decemb

rtatio

17 decem rtatio.

24 Dec quo diſtributi

31 Dec ta bona opera .

S. S. Patroni

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Tagebuch der Marianischen Kongregation Amberg 1722-1769 -
Provinzialbibliothek Amberg Ms. 69

Amberg 1722-1769

Amberg, Provinzialbibliothek -- Ms. 69
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00119465-6
SAM-Hss Ms. 69